

Comte D. Boutourlin.

HCRMS

Boethius, Commentum super libro Porphyrii Isagoge

Italy, Monte Oliveto Maggiore at Accona XII c.

q 484/15

ni Isagoge

lc.

N.a Ce Vol.e contient outre
cinq livres des commentaires
sur Porphire un autre
ouvrage de Boece sur les
Dix categories d'aristote.
Ce d.r (Liber de Decem Prae-
-dicamentis) commence au 85e Fol.

Porphire avait composé, comme
introduction aux Categories d'aristote, un
traité des Universaux ; mais il etait si
obscur qu'on n'y comprenait rien : Boece
l'expliqua par un excellent commentaire,
comme il fit aussi les Categories d'Aristote
(Gervaise hist. de Boece, Par. 1715.
T. 1. P. 105.)

Comentum boetii super libro porphirii -

[illegible]

1

N° 25

SECUNDUS HIC ARREPTI OPERIS LABOR

nostre seriem translationis expediet. In qua quidem vereor ne subierim fidi interpretis culpam, cum verbum verbo expressum comparatumque reddiderim. Cuius incepti ratio est quod in his scriptis in quibus rerum cognitio queritur, non luculente orationis lepos, sed incorrupta veritas exprimenda est. Quocirca multum profecisse videor si philosophie libris latina oratione compositis per integerrime translationis sinceritatem nichil in grecorum litteris amplius desideretur. Et quoniam humani animi excellentissimum bonum philosophie comparatum est, ut nec ex philosophia quodammodo procedat ratio ex anime ipsius efficientiis ordiendum est. Triplex omnino anime vis in vegetandis corporibus deprehenditur. Quarum una quidem vitam solum corpori subministrat, ut nascendo crescat alendoque subsistat. Alia vero sentiendi iudicium prebet. Tertia vero mentis et rationis subnixa est. Quarum quidem prime id officium est ut creandis nutriendisque corporibus presto sit, nullum vero rationis sensusve prestet iudicium. Hec autem est herbarum atque arborum et quicquid terre affixum radicibus tenetur. Secunda vero composita atque coniuncta est, ac primam sibi sumens et in parte sibi constituens varium de rebus quas capere potest ac multiforme iudicium capit. Omne enim animal quod viget sensu, idem et nascitur et alitur. Sensus vero diversi sunt et usque ad quinarium numerum crescunt. Ita quicquid alitur tantum, non etiam sentit; quicquid vero sentire potest, ei prima quoque anime vis nascendi scilicet atque nutriendi probatur esse subiecta. Quibus vero sensus adest, non tantum eas rerum capiunt formas quibus sensibili corpore feriuntur presente, sed absente quoque sensu sensibilibusque sepositis, ante cognitarum sensu formarum imagines tenent memoriamque conficiunt, et prout quodque animal valet longius breviusque custodit. Sed easdem imaginationes confuse atque inevidenter sumunt, ut nichil ex earum coniunctione ac compositione efficere possint. Atque ideo meminisse quidem possunt, nec eque omnia, amissa oblivione memoriam recolligere ac revocare non possunt. Futuri vero nulla cognitio est. Sed anime vis tertia que secum priores alendi ac sentiendi trahit, hisque velut famulis atque obedientibus utitur, eadem tota est in ratione constituta, eaque vel in rerum presentium firmissima contemplatione vel in absentium intelligentia vel ignotarum inquisitione atque inventione versatur. Hec tantum humano generi presto est, que non solum sensus imaginationesque perfectas et non inevidentes capit, sed etiam pleno actu intelligentie quod imaginatio suggesserit explicat atque confirmat. Itaque ut dictum est huic divine nature non ea tantum cognitione sufficiunt que subiecta sensibus comprehendit, verum etiam in sensibilibus agnitione concepta et de absentibus rebus nomina indere potest, et que intelligentie ratione comprehendit vocabulorum quoque positionibus aperit. Illud quoque ei nature proprium est ut per ea que sibi nota sunt ignota investiget, et non solum unumquodque an sit, sed quid sit et quale sit, nec non cur sit optet agnoscere. Quam triplicis anime vim sola hominum ut dictum est natura sortita est. Cuius anime vis intelligentie motibus non caret, que in his quattuor quasi rationis exercet. Aut enim aliquid an sit inquirit, aut si esse constiterit quid sit an dubitat. Quod si et utrumque scientia rationis possidet, quale sit unumquodque vestigat, atque in eo cetera accidentium momenta perquirit, quibus cognitis cur ita sit querit, et ratione inchoatum investigat. Cum igitur hic actus sit animi humani, ut semper aut in presentium rerum comprehensione aut in absentium intelligentia aut in ignotarum inquisitione atque inventione versetur, duo sunt in quibus omnem operam vis anime ratiocinantis impendit. Unum quidem ut rerum naturas certa inquisitionis ratione cognoscat, alterum vero ut ad scientiam prius veniat quod post gravitas moralis exerceat. In quibus inquirendis perinvicta esse necesse est, que vestigantem animum a recto itineris non minimum in precipitatione deducant, ut in multis evenit Epicuro qui ex athomis mundum constare putabat, et honestum corporis

Iste liber est montis oliveti de hattona.

uoluptate carebat. Hoc autem idcirco huic atque aliis accidisse manifestum est, quoniam principia dis
putandi, quae quod ratiocinatione comprehenderant, hoc in res quoque ipsas euenire arbitrabantur. Hic uero
magnus error est. Neque enim sese res ut in numeris ita etiam in ratiocinationibus habent. In numeris enim quicquid in di
gitis recte computatum euenerit, id sine dubio in res quoque ipsas necesse est euenire, ut si ex calcu
lo centum esse contingit, centum quoque res illi numero subiectas esse necesse est. Hoc uero non aeque in disputatione
seruatur. Neque enim quicquid sermonum decursio inuenerit, id in natura quoque defixum tenetur. Quare necesse e
rat eos falli qui abiecta scientia disputandi de rerum natura perquirerent. Nisi enim prius ad scientiam
uenerit quae ratiocinatio ueram teneat disputandi semitam, quae uerisimilem, et agnouerit quae fida, quae po
sit esse suspecta, rerum incorrupta ueritas ex ratiocinatione non potest inueniri. Cum igitur ueteres saepe mul
tis lapsi erroribus falsa quaedam sibimet et contraria in disputatione colligerent, atque id fieri impossibi
le uideretur, ut de eadem re contraria conclusione facta utraque essent uera quae sibi dissentiens ratiocinatio
conclusisset, cuique ratiocinationi credi oporteret esset ambiguum, uisum est prius disputationis ipsius
ueram atque integram considerare naturam, qua cognita tunc illud quoque quod per disputationem inueniretur
an uere comprehensum esset posse intellegi. Hinc igitur profecta est logicae peritia disciplinae, quae disputan
di modos atque ipsas ratiocinationes internoscendi uias parat, ut quae ratiocinatio nunc falsa,
nunc autem uera sit, quae uero semper falsa, quae numquam falsa possit agnosci. Huius autem uis duplex esse perpenditur,
una uis quidem in inueniendo, altera in iudicando. Quod M. Tullius etiam in eo libro cui Topica titulus
est euidenter expressit dicens: Cum omnis ratio diligens disserendi duas habet partes, unam inue
niendi alteram iudicandi, utriusque princeps ut mihi uidetur Aristoteles fuit. Stoici in altera tantum uero
elaborauerunt. Iudicandi enim diligenter persecuti sunt ea scientia quam dialecticen appellant, inue
niendi autem artem quae topice dicitur, quae et ad usum potior erat et ordine naturae certe prior est, totam reliq
uerunt. Nos autem quoniam in utraque sicut est otium persequi cogitamus, ab ea quae prima est ordiamur. Cum igitur tanta
huius sit dignitas ut omnis fructus sit, danda est huic sollertissimae disciplinae tota mentis intentio, ut
primus firmati in disputandi ueritate uestigiis facile ad rerum ipsarum certam comprehensionem
uenire possimus. Et quoniam quid sit ortus logicae disciplinae praediximus, esse reliquum uidetur adiungere an
omnino pars quaedam sit philosophiae, an ut quibusdam placet supellex atque instrumentum per quod
philosophia cognitionem rerum naturamque comprehendit. Cuius quidem rei has e contrario uideo
esse sententias. Hi enim qui partem philosophiae putant logicam, consideratione his fere argumen
tis utuntur, dicentes philosophiam indubitanter habere duas partes speculatiuam atque actiuam.
De hac tertia rationali quaeritur an sit in parte ponenda, sed eam quoque partem philosophiae esse non potest dubi
tare. Nam sicut de naturalibus ceterisque quae sub speculatiua positis solius philosophiae uestigatio est, itemque
de moralibus ac reliquis quae sub actiuam partem eadem sola philosophia perpendit, ita quoque de hac parte
tractatur, id est de his quae logicae subiectae sunt sola philosophia iudicat. Quare si speculatiua atque actiua idcirco
philosophiae partes sunt quia de his philosophia sola pertractat, propter eandem causam erit logica philosophiae
pars, quoniam philosophiae solius haec disputandi materia subiecta est. Iam uero inquiunt cum in his tribus philosophiae partibus
uersetur, cumque actiuam et speculatiuam esse consideratione subiecta discernant, quod illa de rerum naturis, haec de moribus
quaerit, dubium non est quin logica disciplina a naturali atque morali sui materiae proprietate distincta sit. Etenim
logicae tractatus est de propositionibus atque syllogismis et ceteris huiusmodi, quod neque est ea quae non de rerum sed de rebus speculatur,
neque actiua pars quae de moribus inuigilat eque praestare potest quae similibus tractat; id est speculatiua actiua atque ratio
nali philosophia consistit, quae per propositionis triplicemque a se fine diuincta sit; cumque speculatiuam et actiuam par
tes esse non dubium est, quin rationalem quoque philosophiae partem esse conuincatur, quia ipsa non parte sed philoso
phia dicatur.

inutraque: summa utilitas

uetit

phię instrumtū putant · hęc fere afferunt argumta n̄ ee̅ simile inquit · loycę fine̅ specula
tiuę atq; actiuę partis extremo; utraq; eni̅ illa͛ ad suū ppriū terminū spectant · ut speculatiua q̄de̅
refertur
reru̅ cognitione̅ · actiua uo mores atq; instituta pficiat · neq; alta p fer̄ ad alta͛m · loyce uo finis ee̅
n̄ pot absolut̄ · s; quoda̅modo cu̅ reliq̄s duab; partib; colligat atq; constrict̄ e̅ · Quid eni̅ est in
loyca disciplina q͂ suo merito debeat optari · nisi q͂d ppt inuestigatione̅ reru̅ hui͂ effectio artis
inuenta e̅ · Scire eni̅ quea̅dmodu̅ argumtatio concludat · ut quę uera sit · 7 quę uerisimilis ad h͂
scilicet tendit · ut ul̄ ad reru̅ cognitione̅ referat hęc rationu̅ scientia · ut ad inueniendo͂ ea
quę in exercitiu̅ moralitatis adducta beatitudine̅ pariunt · atq; ido͂ q͂m speculatiuę atq;
actiuę suus certq; finis e̅ · loyce aut̄ ad duas reliquas partes refertur extremu̅ · manife
stu̅ e̅ non ea̅ ee̅ philosophię parte̅ · s; potius instrumtu̅ · Sunt uo plura que ex alteru͂t parte
dicant̄ · quo͂ nos ea que dictas̄ stricti notasse sufficiant · hanc lite̅ uo tali ratio̅e discernim͂ ·
Nichil quippe dicim͂ impedire · ut eade̅ loyca partis uice simł instrumtiq; fungat̄ officio · q͂m
eni̅ ipsa suu̅ retinet fine̅ · isq; finis a sola philosophia considat̄ · pars philosophię ponenda e̅ ·
Q͂m uo finis ille loyce que̅ sola speculat̄ philosophia · ad alias ei partes sua̅ opam pollicetur ·
instrumtu̅ ee̅ philosophię non negam͂ · Est aut̄ finis loyce inuentio iuditiuq; rationu̅ q͂ scilicet
n̄ ee̅ miru̅ uidebit̄ q͂ eade̅ pars eade̅q͂ da̅ ponit̄ instrumtu̅ · si ad partes corporis animu̅ reduca
mus q͂b; fit aliq͂d ut his q͂b; da̅ quasi instrumtis utam͂ · 7 in toto tam̄ corpore partiu̅ optinent
locu̅ · Manus eni̅ ad tractandu̅ · oculi ad uidendu̅ · ceteq; corporis partes pprıu̅ q͂d da̅ uident̄
habe̅ offitiu̅ · q͂d tam̄ si ad totius utilitate̅ corporis refferatur instrumenta queda̅ corpo
ris ee̅ deprehendunt̄ · q͂ et partes ee̅ nullus abnuerit ... ant h̄ an p̄e ... Itaq; loyca disciplina
pars q͂de̅ philosophię e̅ · q͂m philosophia sola ma ... gnitione̅ p̄dican ... gistra e̅ · suppellex uo e̅
q͂ pea̅ inq͂sita philosophię ueritas uestigatur. ... tractat̄ · cu̅ dedi ... Sed q͂m quantu̅ m̄ q͂q; bre
cuim nob
uitas sua mora largita e̅ ortu̅ loyce · 7 q͂d sit ipsa loy ... ca explicaui · n̄c de eo libro pauca di
cendas que̅ in p̄sen͂ sup sim exponendu̅ · Titulo eni̅ ponit porphirius introductione̅ s; in aristote
lis p̄dicamta e̅ scribe · q͂d uo ualeat h͂ introductio · t ad q͂ lectoris a͂imu̅ paret breuit̄ explica
bo · Aristotiles eni̅ q͂ de dece̅ p̄dicamtis scribit libru̅ hac intentione co̅posuit · ut infinitas re͂
diu̅sitates que sub scientia cade̅ n̄ possent · paucitate g͂nm co̅prehendent · atq; ita q͂ p in co̅p
hensibile m̄ltitudine̅ · sub disciplina̅ uenire n̄ potat · p g͂nm ut dictu̅ e̅ paucitate̅ a͂io fieret
scientieq; subiectu̅ · Dece̅ g͂ g͂na re͂ o͂iu̅ ee̅ considauit · i · una̅ substa̅m 7 accidentia · uiiii · que̅s
qualitas · quantitas · relatio · ubi · quando · face̅ · pati · situ̅ · habe̅ · Quę q͂m g͂na ee̅nt sup̄ma · 7 q͂b;
nullu̅ aliud supponi g͂n̄s posset · omne̅ necesse e̅ m̄ltitudine̅ re͂ · p ho͂ · x · g͂nm sp̄es inueni̅ ·
Quę q͂de̅ g͂na o͂ib; a se differentiis distributas̄ · neq̄ q͂ua̅ uident̄ habe̅ co̅e · nisi tantu̅ nomen ·
q͂m o͂ia ee̅ predicant̄ · Quippe suba e̅ · qualitas e̅ · et de aliis o͂ib; e̅ uerbu̅ co͂it p̄dicatur · sed n̄ est
eo͂ co͂is suba una t nat͂a s; tantu̅ nom̄ · Itaq; dece̅ g͂na̅ ab aristotile repta o͂mib; a se differen
tiis distributa sunt · s; q͂ue aliq͂b; differentiis disiungunt̄ necc̄e e̅ ut habeant ppriu̅ q͂ da̅ q͂ ea̅
in singlare̅ solitariaq; uindicet forma̅ · Non e̅ aut̄ ide̅ ppriu̅ · q͂ accidens · accidentia eni̅ 7 eue
nire · 7 ab ee̅ possunt · p̄pa ita s̄ infinita ut absq; his quo͂ s̄ p̄pa ee̅ n̄ possint · Quę cu̅ ita sint ·
cu̅q; aristotiles · x · re͂ g͂na repisset · q͂ ut intelligendo mens capet · t loq̄ndo disputator
offerret efficeret · q͂ q͂d eni̅ intellectu capim͂ id ad alt͂m s̄mone uulgam͂ · Euenit ut ad ho͂ · x · p̄dicam
to͂ intelligntia̅ q͂niq; ha͂ re͂ t̄ctat̄ incurreret · scił g͂nus · s · d · p · a · Genus q͂d q͂m opor
tet an̄ p̄discere q͂d sit g͂n̄ ut · x · illa q̄ aristotiles ce̅tis pposuit reb; g͂na ee̅ possim agnosce̅ · Spe
ciei uo cognitio plurimu̅ ualet · ut que cuiusq;

gnus sit spes possit agnosci. Si enim qd sit spes intelligimus, nichil impedit errore tam.
fieri enim pot, ut per speci scientiam sepe quantitatis spes in relatione ponam. et cuilibet primigenis spes
alteri cuilibet generi subdam, atque ita fiet permixta atque indiscreta rerum confusio. quod ne accidat,
que sit natura speciei agnoscendum est. Nec uero nobis tantum prodest speciei noscenda natura ne prorum generum spes inuicem
permutem. uerum etiam ut in eodem quolibet genere proximas generis spes nouimus eligere. ut ne subiecte mox animal di
cam esse speciem potius quam corpus. aut corporis potius hominem quam animatum corpus. At uero differentiarum sci
entia nobis in categoriis maximum retinet locum. Quomodo enim omnino qualitatem a substantia. ut cetera a se genera distare co
gnoscimus nisi eorum differentias uiderimus. quomodo autem discernere eorum differentias possimus si quid sit ipsa differentia
nesciamus. nec hunc solum nobis inscientia differentie effundit errorem uerum etiam specierum quoque tollit omnem
inditium. nam omnis spes differentie informant. Ignorata differentia spes quoque ignorari necesse est. Quo
modo uero fieri pot, ut qualibet differentiam possimus agnoscere. si omnino que sit nominis huius significatio
nesciamus. Jam proprii tantum usus est. ut aristotiles quoque singulorum predicamentorum propria persuasit.
que propria esse quis deprehendat, ante quam quod quid omnino sit proprium discat. nec nobis tantum propriis hec cognitio
ualet que singulis nominibus efferuntur. ut hominis risibile. uerum etiam nobis que in locum diffinitionis adhi
bent. Omnia enim propria rem subiectam quadam termino descriptionis includunt. quod suo quoque loco oportunius
commemorabo. Accidentis quoque cognitio quantum efferat. quis dubitare queat. cum uideat inter decem
predicamenta nouem accidentis naturas. que omnia accidentia esse putamus. si omnino quod sit accidens igno
rem. cum preterea nec differentiarum nec proprii scientia nota sit. nisi accidentis natura firmissima consideratione
teneam. fieri enim pot [lacuna] ut differentie loco proprii uel pro inscientia accidens apponatur. quod esset in
tiosissimum diuisa subst[lacuna] spes. et differentes probant. que cum ipse ex differentiis constent. ut fi
ent unius cuiusque differentes [lacuna]quoque ad usum por[lacuna] proprie accidens tamen non uidetur amittere. Cumque aristo
tiles rerum genera collegisset que [lacuna]ierit otium p[lacuna] nimirum diuisa subesse spes continerent. que spes nunquam
diuise forent in differentiis segre[lacuna]garent. Cumque omnia in substantiam atque accidens. accidens
uero in alia predicamenta uiiii soluisset. cumque aliquorum predicamentorum sit propria prosecutus. debuis ipsis que de predicamentis
docuit. quod uero esset genus. quod spes. quod differentia. quod proprium. quod illud accidens. deque non dicendum est. uelut nota preter
ruit. Neque ad predicamenta aristotelis uenientes quod significaret unumquodque eorum que supius dicta sunt
ignorarent. hunc librum porphirius de earum quinque rerum cognitione perscripsit. quo prospecto et considerato
quod unumquodque eorum que supposuit designaret. facilius intellectus ea que ab aristotile proponentur addisceret.
hec quidem intentio est huius libri quem porphirius ad introductionem predicamentorum se conscripsisse. ut ipsa
ut dictum est tituli inscriptione signauit. Sed licet ad hoc unum huius libri referatur intentio. non tamen simplex eius utilitas
et in maxima quoque diffusa est. quam idem porphirius in principio huius libri commemorauit dicens. est. Nec in multip

C

UM sit necessarium crisaori. et ad eam que est apud aristotilem predicamentorum doctrinam nosse quod sit genus.
quod spes. quod differentia. quod proprium. et quod accidens. et ad diffinitionum assignationem. et omnino ad ea que in di
uisione. uel demonstratione sunt utilia hac speculatione istarum rerum compendiosam traditionem faciens
temptabo breuiter uelut introductionis modo ea que ab antiquis dicta sunt aggredi. altioribus quidem questionibus ab
stinens simpliciores uero mediocriter coniectans. Utilitas huius libri quadrifaria spargitur
Namque ad illud etiam ad quod est libri dirigitur intentio. magno legentibus usui est. et ad cetera que cum extra in
tentionem sint non tamen minor ex his legentibus utilitas comparatur. Est enim propositulum. et predicamentorum
facilis cognitio. et diffinitionum integra assignatio. et diuisionum recta perspectio. et demonstra
tionum ueracissima conclusio. Que res quanto difficiles atque ardue sunt. tanto perspicatiorem stu
diosioremque animum lectoris expectat. Dicendum uero est quod in omnibus libris euenit. Nam primum si quis sit

intentio cognoscat' · quanta q̄q; utilitas in̄ puenire pōsit expedit̄ · & licet extra mlta · ut sit
huimōi librū seq̄nt̄ · tam illā p̄xime utilitatē uidet̄ habē · ad q̄ ei refert̄ intentio · ut in ipso
libro quē susp̄sim exponendū · cū ei intn̄tio sit ad p̄dicam̄ta intellectū facilē cōpandi · n̄ ē · du
biū q̄n h̄ ei p̄ncipal' p̄bet̄ utilitas · licet n̄ minores sint comites · diffinitio · diuisio · ac demonstra
tio · Quo𝔷 nob̄ q̄dā p̄ncip̄ia hic suggerunt̄ · Sensus uō tot' huimōi ē · cū sit inq̄t g̅n̅is · sp̄ei ·
diffr̄e · p̄p̄i · accidentisq; cognitio util' ad p̄dicam̄ta aristotil' · eiq; doctnā ad diffinitionū et assi
gnationē · & ad diuisionē ac demonstrationē faciens ea q̄ ab antiq̄s dictas large ac diffuse tēp
tabo breuit̄ ap̄ire · neq; enī cōpendiosā n̄ totū op̄ breuitate constringet · 7 q̄m introductionē scri
bebat · altiores q̄stioēs sponte refugiā · simpliciores uō mediocrit̄ coniectabo · i · simplicium
questionū obscuritates abiecta meis quadā coniecture ratiotinatioē tractabo · Tota q̄dē sen
tentia huiuscemōi p̄hemii tal' est · que & utilitate uberrima · & facilitate incipientis animo blan
diat̄ · Sed dicendū uidet̄ q̄d nā celet amplius altitudo sermonū · Necessariū in latino sermone
sicut in g̅c̅o · ΑΝΑΓΚΑΙΟΝ plura sig̅ficat · Diuisa enī sig̅ficatioē · M̄ · tullius dic̄ necessariū sum ēē
aliquē atq; nr̄m · cū nob̄ necessariū dn̄s ad forū descendē · quia in uoce quedā utilitas sig̅ficat̄ ·
Alia quoq; sig̅ficatiōē qua dn̄s solē necessariū mori · i · necēē ē ēē · 7 illa q̄dē prima consig̅fi
catio p̄termittenda ē · Omnino enī ab eo necessario q̄ hic porphyrius ponit aliena ē · Hee
uō due huiusmōi sunt · ut inter se certare uideant̄ que huius loci optinet sig̅ficationē · in quo
dic̄ porphirius · cū sit necessariū crisaori · Naq; ut dictū ē · necessariū & utilitatē sig̅ficat ·
& necessitatē · Vident̄ huic loco utraq; congruere · Nā & sūme utile ē ad ea que supius dic
tas degn̄e · 7 sp̄ē · disputare · & sūma ē necessitas q̄a n̄ sint h̄ an̄ p̄cognita illa ad que ista p̄pa
rant̄ n̄ poss' cognosci · Nā neq; p̄ter gen' · 7 sp̄ei cognitionē p̄dicam̄ta discunt̄ · sed nec diff̄o ge
nis relinq̄t & diffam̄ · & incetis quā sit utilis iste tractat' · cū de diuisioē · & demonstratioē dispu
tabit̄ apparebit · Sed quāquā necēē erit hec quoq; de q̄b; disputandū ē · p̄ri ad cognitionē uenire
q̄ ea q̄b; illa p̄pant̄ · n̄ tamē ea sig̅ficatioē hic a porphirio positū ē · q̄ necessitatē sig̅ficaq̄ uellet · ac n̄
potī utilitatē; ipsa enī or̄ ē textq; s̄monū · id clarissima intelligentie ratioē sig̅ficat · Neq; q̄sq̄
ita uiit̄ ratioē · ut aliq̄ necessitatē referri dicat ad aliud · necessitā enī p̄ se q̄dā ē · utilitas uō se p̄
ad id q̄ ē utile refert̄ · p̄t hic q̄q; At enī cū sit necessariū crisaori · & ad eā q̄ ē ap̄ aristotilē
p̄dicamto𝔷 doctnā; sibi hec necessariū utile intelligam' · 7 id noīe ipso ut̄am dicentes · cū sit utile
crisaori · 7 ad eā q̄ ē ap̄ aristotilē p̄dicamto𝔷 doctnā · nosse q̄d sit g̅n̅s · 7 c̄eta recte intelligentie
sermonū ordo conuenit · Si uō ad necesse permutet̄ · ut dicam̄ cū sit necessariū crisaori · 7 ad eā q̄ ē ap̄ aristotelē p̄dicam to𝔷 doctnā nosse q̄d sit genus
& c̄eta recte intellegentie ordo conuenit · Quo circa hic diutius inmorandū n̄ ē · Quāquā
enī sit sūma necessitas his ignoratis n̄ posse ad ea ad que hic tractat' intendit̄ peruenīri · n̄ tm̄
de necessitate hic dictū ē · necessariū sed potius de utilitate · Ille uō licet idē supius dictū
sit · tm̄ breuit̄ q̄d ad p̄dicam̄ta g̅n̅is · sp̄ei · diffr̄e · p̄prii · atq; accidentis p̄sit cognitio dispute
m' · Aristotiles enī in p̄dicam̄tis decē g̅n̅a constituit rerū · q̄ de cunctis aliis p̄dicarent̄ · ut
q̄cq̄d alsig̅ficatioē uenire pōset · id sui integrā sig̅ficationē tenet · cuilibet eo𝔷 subicent̄ · de
q̄b; aristotilē t̄ctat in eo libro qui de · x · p̄dicam̄tis inscribit̄ · Hoc ipsū referri ad aliq̄d uelut
ad gen' · tale ē · quale siq̄s sp̄ēm supponat g̅n̅i · Huō neq; p̄t cognitionē sp̄ei ullo m̄ fieri g̅n̅is t̄ p̄t cognitioēm
pōt · Nec uō ipse sp̄ēs ut cuimōi magis sint possint p̄spici · n̄ eā𝔷 diffr̄e cognoscant̄ · Sed
diffrā𝔷 nāta incognita q̄ uniuscuiusq; sp̄ei sint diffr̄e modis oīb; ignorabit̄ · Quare sci
endū ē · q̄m si de g̅n̅ib; ar̄ · tractat in p̄dicam̄tis · 7 g̅n̅m nāta cognoscenda ē · cū cognitioē

speciei quoque comitatur agnitio. Sed haec cognitio, quid sit differentia, non potest ignorari. quamquam in eodem libro plu
ra sint. atque non maximam partem. et generis et speciei et differentiae lector attulit. nullum omnino intellectum pate
bit. cum ipse Aristoteles dicat. diversorum generum et non subalternatim positorum. diversae secundum se species et differentiae sunt. quibus
ignoratis intellegi impossibile est. Sed idem Aristoteles proprium uniuscuiusque praedicamenti diligentissima inquisitione
investigat. ut cum substantiae proprium per multa dicit esse quod idem numero contrariorum susceptibile sit. et rursus quantita
tis. quod in ea sola aequale atque inaequale dicatur. Qualitatis etiam quod per eam simile atque dissimile aliud alius esse pronuntietur. et in ce
teris eodem modo. ut quae sit proprietas contrarii. quae secundum relationem oppositionis. quae privationis et habitus.
quae affirmationis et negationis. in quibus ita tractat. tamquam iam peritis scientibusque quae sit proprietatis natura. quam
si quis ignorat. frustra ea quae de his disputantur aggreditur. Iam vero illud manifestum est quod accidens maxi
mum praedicamentorum obtinet locum. quod pro nomine novem praedicamenta circumdat. Et ad praedicamenta quidem quanta
sit huius libri intentio ex his manifestum est. Quod vero attinet. et ad diffinitionum assignationem facile co
gnosci potest si prius substantiae rationum divisio fiat. Substantiae ratio alia quidem in descriptione est. proprietatem quan
dam colligit huius rei cuius substantiae rationem prodit. ac nomen proprietate id quod monstrat informat. verum etiam
ipsa fit propria. quod in diffinitione quoque provenire necesse est. Si quis enim quantitatis rationem reddere velit.
ut dicere liceret. Quantitas est secundum quam aequale atque inaequale dicitur. Sic ergo proprietatem quidem quantitatis
in ratione posuit quantitatis. ipsa et tota ratio ipsius quantitatis propria est. ita descriptio et proprietates
colligit. et ipsa quidem fit propria diffinitio. Namque quod substantiam monstrat genus differentiis iungit. et ea
quae per se communia. eque multarum in unum rediens uni speciei quam diffinit reddat aequalia. Itaque ad descriptio
nem utilis est proprii cognitio. quoniam proprietas sola in descriptione colligitur et ipsa fit propria sicut diffinitio quoque.
Ad diffinitionem vero genus quod primum ponitur. et ad species ad quam genus illud aptatur. et differentiae quibus iunc
tis cum genere species diffinitur. Sed sicut haec pressiora quam expositionis modus postulat videbuntur.
Hic enim scire convenit nos. ut in prima editione dictum est. hanc expositionem nostro fuisse iudicio ad intel
legentiam simplicem huius libri editio prima sufficiat. Ad interiorem vero speculationem confirmatis
paene iam scientia nec in singulis vocabulis rerum haerentibus haec posterior editio colloquitur. Ad divi
sionem vero faciendam tam hic liber est utilis. ut praeter earum scientiam rerum de quibus in hac libri serie disputa
tur. casu fiat potius quam ratione partitio. hoc autem manifestum erit. si divisionem ipsam dividimus.
id est si nomina ipsius divisionis in ea quae significat partiamur. Est namque divisio generis in species. ut cum dicimus co
loris aliud est album. aliud est nigrum. aliud medium. Rursus divisio est quotiens vox plura significans
aperitur. et eius multitudo quae ab eo significantur ostenditur. ut si quis dicat nomen canis plura significat. et hunc
latrabilem quadrupedemque. et caeleste sidus. et marinam beluam. quae omnia a se propria diffinitione disiunc
ta sunt. Dividi autem dicitur et quotiens totum in partes proprias separatur. ut cum dicimus domus aliud sunt fundamenta. aliud
parietes. aliud tectum. et haec quidem triplex divisio secundum se partitio nuncupatur. Est autem alia quae secundum
accidens dicitur. ea quoque fit tripliciter. aut cum accidens in subiecta dividimus. ut cum dico bonorum alia
sunt in corpore. alia in animo. alia extrinsecus. aut rursus cum subiectum in accidentia. ut corporum alia
sunt alba. alia nigra. alia medii coloris. et rursus accidens in accidentia separamus. ut cum dicimus
liquentia alia sunt alba. alia nigra. alia medii coloris. Et rursus alborum alia sunt dura. alia li
quentia. quaedam mollia. Cum igitur ita omnis sit divisio. aut secundum se. aut secundum accidens. utraque vero par
titio fiat tripliciter. cumque in superiore secundum se triplici partitione fit. una divisionis forma generis
in species separare. id neque praeter generum scientiam fieri ullo modo potest. neque vero praeter differentiarum. quas
necesse est in specierum divisione sumi. Manifestum est igitur quanta utilitas huius libri ad hanc divisio
nem sit. qui de primo aditu genus ac species. et differentias tractat. Secunda vero ea divisio est quae est vocis

ponit aliam uero in diffinitione. sed eam quam in descriptione

que fit ipsa quam descriptio. diffinitio uero ipsa quidem propria non colligit

in significantias. nec hoc quidem ab huius libri utilitate discreta est. Quonam enim modo cognosci poterit u
trum vox eam divisionem faciat quae rerum aequivoca esse videantur an generis. Si ea quae significant diffiniantur et ea quae s(unt)
sub communione una diffinitione claudantur species esse necesse est et illud commune earum genus. quae si illa quae proposita
vox designat non possunt una diffinitione concludi nemo dubitaverit quin illa vox sit aequivoca. neque enim etsi sit communis
his de quibus praedicatur ut genus quamquam quidem ea quae sub se posita significat tamen secundum commune nomen non possunt una diffinitione com
prehendi. Sic igitur ex diffinitione manifestum sit quod genus sit. quod vero nomen aequivocum. differentiis vero per genera differentiasque
discurrit. quis quam ne dubitare potest in hac eque divisionis forma plurimum huius libri auctoritate
valere. Illa autem secundum se divisio quae est totius in partes quemadmodum discernitur. ac non potius generis in
species divisio esse putabitur. nisi sint genus et species et differentiae earum quamvis ante disciplinae ratione tractata.
Cur enim non quis quam dicat domus species potius esse quam partes. fundamenta. parietes. et tectum. Sed cum occur
rit generis nomen. unaquaque specie totum posse congruere. totius vero in unaquaque parte sua nomen
convenire non posse manifestum fit aliam divisionem esse generis in species. aliam totius in partes. Convenire autem nomen generis
singulis speciebus ostenditur. per id quod homo et equus singula animalia nuncupantur. neque tectum vero. neque parietes
aut fundamenta singulatim domus nomine appellari solent. sed cum fuerint iunctae partes. tunc recte totius
nomen excipiunt. De ea vero divisione quae secundum accidens fit nullus ignorat. quin incognito acci
denti incognitaque vi generis ac differentiarum facile evenire possit. ut accidens ita in subiecto solvatur.
quasi genus in species. et postremo omnem huc ordinem partitionis foedissime permiscebis inscientia. Et
quoniam hic liber quantum ad divisionem prosit ostendimus. non de demonstratione dicemus. ne per ardua atque diffi
cillima hereat. qui in tanta hac disciplina vigilantissimo ingenio et sollertissimo labore su ut genera et species
davit. Fit enim demonstratio id est alicuius quaesitae rei certa rationis collectio. ex ante cognitis na
ut prima cum speciebus · causa efficiens in natura et effectiva in naturali ut genera et differentiae speciebus · ut animal homini vel differentiae speciebus
turaliter. ex convenientibus. ex primis. ex causa. ex necessariis. et per se inhaerentibus. Sed genera speciebus
priora natura sunt. Ex generibus enim species fluunt. Item species sub se positas. ut speciebus vel individuis
priores naturaliter esse manifestum est. quae vero priora sunt ea et prius noscuntur. et notiora sunt subsequentibus naturaliter. — quae prius ad natura et a due
Duobus enim modis primum aliquid et notum dicitur. secundum nos scilicet et secundum naturam. nobis enim illa magis cognita
sunt. quae sunt proxima ut individua. dehinc species. postremo genera. At vero naturae confuso modo. eas ma
gis cognita quae nobis minime proxima sunt. et atque ideo quantumlibet se longius a nobis genera protulerint.
tanto magis erunt lucida. et naturaliter nota. Differentiae vero substantiales illae sunt. quas per se his rebus inesse quae
demonstrantur convenientia principia possit intellegi. Necessaria vero esse ea ipsa quae genera et differentias — agnoscimus · procedere autem debet
dominis. nullus dubitat quis speciem sine genere et differentiam intellegit esse non posse. Genera vero et differentiae sunt — generum ac differentiarum cognitio ut
causae specierum. idcirco enim species quia genera earum et differentiae sunt. quae in syllogismi posita demon — in unaquaque disciplina quae sint
strantibus non rei solum verum conclusionis. et causae sunt. quod in postremis resolutoriis locupletius dicemus — cuius rei quae demonstratur
Cum igitur perutile sit. et diffinitione quodlibet illud circumscribere. et divisione dissolvere. et demonstrationibus
comprobare. hoc autem praeter earum rerum scientiam de quibus in hoc libro disputabitur. neque intellegi. neque ex
erceri valent. quis umquam poterit dubitare quin hic liber maximum totius logicae adiumentum
sit. praeter quam cetera quae in ea magna vim tenent. nullum doctrinae additum praebent.
Sed meminit porphirius sese introductionem conscribere. neque ultra quam institutionis
modus est formam tractatus egredi. Ait enim se altiorum quaestionum nodis abstinere. simpliciores
vero mediocri coniectura perstringere. Quae vero sint altiores quaestiones. quas se differre promit
tit. ita proponit. Mox inquit de generibus. et speciebus illud quidem sive subsistunt. sive in solis »
nudis purisque intellectibus posita sint. sive subsistentia corporalia sint an incorpo »
insensibilibus posita et
ralia. et utrum a sensibilibus separata an circa ea constantia dicere recusabo. Altissimum enim »

huiusmodi negotium et maioris egens inquisitionis. Altiores inquit questiones pretereo ne eis intempestive lectoris animo ingestis initia ei primitiasque perturbent. Sed ne omnino faceret neglegentem, ut nichil preter quam quod ipse dixisset lector amplius putaret occultum, id ipsum cuius executionem se differre promisit addidit, ut de his minime obscure penitusque tractando, nec lectori quandam obscuritatis effunderet, et tamen scientia roboratus quid queri iure posset agnosceret. Sunt autem questiones quas se reticere promittit, et perutiles et secrete et temptate quidem a doctis viris nec a pluribus dissolute. Quarum prima est huiusmodi.

Omne quod animus intellegit, aut id quod est in rerum natura constitutum intellectu concipit et sibimet ratione describit, aut id quod non est vacua sibi imaginatione depingit. Ergo intellectus generis et ceterorum cuiusmodi sit queritur, utrumne ita intelligamus species et genera ut ea que sunt et ex quibus verum capimus intellectum, an nos metipsos ludimus cum ea que non sunt animi nobis cassa imaginatione formamus. Quod si esse quidem constiterit et ab his que sunt intellectum concipi dixerimus, tunc alia maior ac difficilior questio dubitationem parat, cum discernendi atque intelligendi generis ipsius naturam summa difficultas ostendit. Nam quoniam omne quod est aut corporeum aut incorporeum esse necesse est, genus et species in aliquo eorum esse oportebit. Quale erit igitur id quod genus dicitur, utrumne corporeum an incorporeum? Neque enim quid sit diligenter intendi poterit, nisi in quo horum poni debeat agnoscatur. Sed neque cum hec soluta fuerit questio excluditur ambiguum. Subest enim aliquid quod si incorporalia esse genus ac species dicantur obsideat intelligentiam animumque detineat, exsolvi postulans, utrum circa corpora ista ipsa subsistant, an etiam preter corpora subsistentia incorporalia esse videantur. Due quippe incorporeorum formae sunt, ut alia preter corpora esse possint et separata a corporibus in sua incorporalitate perdurent, ut deus mens anima; alia vero cum sint incorporea, tamen preter corpora esse non possint, ut linea superficies, vel numerus vel singule qualitates, quas tametsi incorporeas esse pronunciamus, quod tribus spaciis minime distendantur, tamen ita in corporibus sunt ut ab his divelli nequeant aut separari, aut si a corporibus separata sint nullo modo permaneant. Quas licet questiones arduum sit ipso interim porphirio renuente dissolvere, tamen ita aggrediar, ut nec anxium lectoris animum relinquam, nec ipse in his que preter muneris suscepti seriem sunt tempus operamque consumam. Primum quidem pauca de questionis ambiguitate ponam. Post vero eundem dubitationis nodum absolvere atque explicare temptabo.

Genera et species aut sunt et subsistunt, aut intellectu et sola cogitatione formantur. Sed genera et species esse non possunt. Hoc autem ex his que dicta sunt rebus intelligitur. Omne enim quod commune est uno tempore pluribus, id unum esse non poterit. Multorum enim quidem quod commune est, presertim cum una eademque res in multis uno tempore tota sit. Quantaecumque enim species sunt, in omnibus genus unum est. Non quod de eo singule species quasi partes aliquas carpant, sed singule species uno tempore totum genus habent. Quo fit ut totum genus in pluribus singulis uno tempore positum unum esse non possit. Neque enim fieri potest ut cum in pluribus totum sit uno tempore, in semetipso sit unum numero. Quod si ita est, unum quiddam genus esse non poterit, quo fit ut omnino nichil sit. Omne enim quod est, idcirco est quia unum est. Et de specie idem convenit dici. Quod si est quidem genus ac species, sed multiplex neque unum numero, non erit ultimum genus, sed habebit aliud suppositum genus, quod illam multiplicitatem huius sui nominis vocabulo concludit. Ut enim plura animalia quoniam habent quiddam simile, eadem tamen non sunt, idcirco eorum genera perquirunt. Itaque quoque quoniam genus quod in pluribus est atque multiplex habet sui similitudinem, quod genus est non est vero unum, quoniam in pluribus est. Eius generis quoque genus aliud querendum est. Cumque fuerit inventum, eadem ratione que supra dicta est, rursus genus tertium vestigatur. Itaque in infinitum ratio procedat necesse est, cum nullus disciplinae terminus occurrit. Quod si unum quiddam numero genus est, commune multorum esse non poterit. Una enim res si communis est, aut partibus communis est, ut puteus et fons, et non iam tota communis, sed partes eius proprie singulorum; aut in usus habentium per tempora transit, ut sit communis ut servus communis vel equus; aut uno tempore omnibus commune est, non tamen ut eorum quibus commune est substantiam constituat.

ut est theatrum vel spectaculum aliquod quod spectantibus omnibus commune est. Genus vero secundum nullum horum modum commune esse speciebus potest. Nam ita commune esse debet ut et totum in singulis sit et uno tempore et eorum quorum commune est constituere valeat et formare substantiam. Quocirca si neque unum est quoniam commune est neque multiplex quoniam eius quoque multitudinis genus aliud inquirendum esse debebit, genus omnino non erit. Idemque de ceteris intelligendum est. Quod si tantum intellectibus genera et species ceteraque capiuntur cum omnis intellectus aut ex re fiat subiecta ut sese res habet aut ut sese res non habet, nam ex nullo subiecto fieri intellectus non potest, si generis et speciei ceterorumque intellectus ex re subiecta veniat ita ut sese res ipsa habet que intelligitur, iam non tantum intellectu posita sunt sed in rerum etiam veritate consistunt. Et rursus querendum est quae sit eorum natura quam superior questio vestigabat. Quod si ex re quidem generis ceterorumque sumitur intellectus neque ita sese res habet ut intellectui subiecta est, vanum necesse est esse intellectum qui ex re quidem sumitur non tamen ita ut sese res habet. Id enim falsum quod aliter atque res est intelligitur. Sic igitur quoniam genus et species nec sunt nec cum intelliguntur verus est eorum intellectus, non est ambiguum quin omnis sit deponenda de his quinque positis disputandi cura, quandoquidem neque de ea re quae sit neque de ea de qua verum aliquid intelligi proferrive possit inquiritur. Hec quidem ad presens de positis questio est quam nos ex alexandro consentiente hac ratione solvemus. Non enim necesse esse dicimus omnem intellectum qui ex subiecto quidem fit non tamen ut sese ipsum subiectum habet falsum et vacuum videri. In his enim solis falsa opinio ac non potius intelligentia est quae per coniunctionem fiunt. Si enim quis componat atque coniungat intellectu id quod natura iungi non patitur, illud falsum esse nullus ignorat, ut si quis equum aut hominem iungat imaginatione atque efficiet centaurum. Quod si hoc per divisionem et abstractionem fiat, non quidem ita sese res habet ut intellectus est. Intellectus tamen ille minime falsus est. Sunt enim plura quae in aliis esse suum habent ex quibus aut omnino separari non possunt aut si separata fuerint nulla ratione subsistunt atque ut hoc nobis in pervagato exemplo manifestum sit. Linea in corpore quidem est aliquid et id quod est corpori debet, hoc est esse suum per corpus retinet. Quod docetur ita. Si enim separata sit a corpore non subsistit. Quis enim umquam sensu ullo separatam a corpore lineam cepit? Sed animus cum confusas res permixtasque in se a sensibus cepit eas propria vi et cogitatione distinguit. Omnes enim huiusmodi res incorporeas in corpore esse suum habentes sensus cum ipsis nobis corporibus tradidit. At vero animus cui potestas est et disiuncta coniungere et coniuncta resolvere que a sensibus confusa et corporibus coniuncta traduntur ita distinguit ut incorpoream naturam per se ac sine corporibus in quibus est concreta speculetur et videat. Diverse enim proprietates sunt incorporeorum corporibus permixtorum et si separentur a corpore. Genera ergo et species ceteraque vel in incorporeis rebus vel in his que sunt corporea reperiuntur. Et si ea in rebus incorporeis invenit animus habet illico incorporeum generis intellectum. Si vero corporalium rerum genera speciesque perspexerit aufert ut solet a corporibus incorporeorum naturam et solam puramque ut in se ipsa forma est contuetur. Itaque hec cum accipit animus permixta corporibus incorporalia dividens speculatur atque considerat. Nemo ergo dicat falso nos lineam cogitare quoniam ita eam mente capimus quasi preter corpora sit cum preter corpora esse non possit. Non enim omnis qui ex subiectis rebus capitur intellectus aliter quam sese ipse res habeant falsus esse putandus est, sed ut superius dictum est ille quidem qui hoc in compositione facit falsus est, ut cum hominem atque equum iunges putat esse centaurum. Qui vero id in divisionibus et abstractionibus atque assumptionibus ab his rebus in quibus est efficit non modo falsus non est verum etiam solus id quod in proprietate verum est invenire potest. Sunt igitur huiusmodi res in corporalibus atque in rebus sensibilibus. Intelliguntur autem preter sensibilia ut eorum natura perspici et proprietas valeat comprehendi. Quocirca cum genera et species cogitantur tunc ex singulis in quibus sunt eorum similitudo colligitur, ut ex singulis hominibus inter se dissimilibus humanitatis similitudo, que similitudo cogitata animo veraciterque perspecta fit species, quarum specierum rursus diversarum similitudo considerata que nisi in ipsis speciebus aut in earum individuis esse non potest efficit genus. Itaque hec sunt quidem in singularibus, cogitantur

uero uniuersalia nichil aliud species putanda est nisi cogitatio collecta ex indiuiduorum similium numero substanti-
ali similitudine. Genus uero collecta cogitatio ex specierum similitudine. Sed haec similitudo cum in singula-
ribus est fit sensibilis, cum in uniuersalibus intelligibilis. Eodem modo cum sensibilis est in singularibus permanet,
cum intelligitur fit uniuersalis. Subsistunt ergo circa sensibilia, intelliguntur autem praeter corpora. Neque enim
interclusum est ut due res eodem subiecto sint ratione diuerse, ut linea curua atque caua, que res cum diuer-
sis diffinitionibus terminentur diuersusque fit intellectus eorum, semper tamen in eodem subiecto repperiuntur. Neque
enim interclusum est ut due res in eodem subiecto repperiantur. Eadem enim linea caua, eadem curua est. Ita quoque
generibus et speciebus, id est singularitati et uniuersalitati, unum quidem subiectum est, sed alio modo uniuersa-
le est cum cogitatur, alio singulare cum sentitur in rebus his in quibus esse suum habent. His igitur determinatis omnis ut
arbitror questio dissoluta est. Ipsa enim genera et species subsistunt quidem alio modo, intelliguntur uero alio, et sunt
incorporalia, sed sensibilibus iuncta subsistunt in sensibilibus, intelliguntur uero praeter corpora ut per semetipsa subsi-
stentia ac non in aliis esse suum habentia. Sed Plato genera et species ceteraque non modo intelligi uniuersalia, uerum etiam
esse atque praeter corpora subsistere putat. Aristoteles uero intelligi quidem incorporalia atque uniuersalia, sed subsi-
stere in sensibilibus putat. Quorum diiudicare sententias aptum esse non duxi. Altioris enim est philosophie.
Idcirco uero studiosius Aristotelis sententiam executi sumus, non quod eam maxime probaremus, sed quod hic lib-
er ad praedicamenta conscriptus est, quorum Aristoteles auctor est. Illud uero quemadmodum de his ac de propositis probabi-
liter antiqui tractauerint et horum maxime Peripatetici, nunc temptabo monstrare. Praetermissis his que-
stionibus quas altiores esse praedixit, exoptat mediocrem introductorii operis tractatum. Sed ne haec ipsa
sibi harum questionum et institutionum omissos introduceret, adposuit quemadmodum de propositis tractatus est,
ex quorum quoque hoc opus auctoritate subnixus aggreditur annuntiat. Cum mediocritate quidem trac-
tatus promittit, detracta obscuritatis difficultate animum lectoris inuitat. Ut uero adquiescat ac si
lectit ad id quod dicturus est, Peripateticorum auctoritate confirmat. Atque ideo ait de his, id est de generibus
et speciebus, de quibus superiores intulerat questiones, ac de propositis, id est differentiis, propriis atque accidentibus, sese
probabiliter disputaturum. Probabiliter autem uerisimiliter quod Greci ΛΟΓΙΚΩΣ uel ΕΝΔΟΞΩΣ dicunt. Sepe
enim apud Aristotelem ΛΟΓΙΚΩΣ uerisimiliter ac probabiliter dictum inuenimus, apud ΒΟΕΘΟΝ
et apud Alexandrum. Porphyrius ipse in multis hac significatione hoc uerbo usus est, quod nos scilicet in
translatione quadam ΛΟΓΙΚΩΣ ita interpretari ut rationabiliter diceremus omisimus. Longe enim
melior ac uerior significatio ea uisa est ut probabiliter sese dicere promitteret, id est non praeter opinionem
ingredientium atque lectorum, quod introductionis est proprium. Ita cum ab imperitorum hominum mentibus doc-
trine secretum altioris aborreat, talis esse introductio debet ut non praeter oppinionem ingredien-
tium sit. Ergo melius probabiliter quam rationabiliter ut nobis uidetur interpretati sumus. Antiquos autem ait de his sese dispu-
tasse rebus, sed horum illorum maxime tractatum insequi quem Peripatetici Aristotele duce reliquerunt,
ut tota disputatio ad praedicamenta conueniat. EXPLICIT LIB. I. INCIPIT II.

UIDETUR autem neque genus neque species simpliciter dici. Queri in expositione principii
solet cur unumquodque ceteris in disputationis ordine praeponatur, uelut nec in genere dubita-
ri potest cur genus speciei, differentie, proprio atque accidenti praetulit. De eo enim primum tractat.
Respondebimus itaque iure factum uideri. Omne enim quod uniuersale est intra semetipsum cetera concludit,
ipsum uero non clauditur. Maioris itaque meriti est ac principalis nature quod ita cetera coherceat ut ipsum
nature magnitudine nequeat ab aliis contineri. Genus igitur et species intra se positas habet et earum dif-
ferentias propriaque nichilominus et accidentia, atque ita de genere inchoandum fuit quod cetera nature
sue magnitudine coherceat et continet. Praeterea illa semper priora putanda sunt que si auferat

qs· ceta ꝑimunt. Jlla posteriora qb; positis ea que ceteroꝝ subam ꝑficiunt· cu̅ sequunt· ut in gn̅e
& ceteris. Na̅ a̅a̅l si auferas qd̅ est ho̅is gen̅· ho̅ quoq; q̅ spe̅s e̅· 7 rationale q̅ diffa̅· 7 risibile q̅
ꝓpu̅· 7 gramaticu̅ q̅ e̅ accidens n̅ manebit· & inteptu̅ gn̅s cuncta consumit; si uo̅ ho̅iem
e̅e̅ constitutas· t gramaticu̅· ut ratio̅ale· ut risibile a̅a̅l q̅; necesse e̅ e̅e̅· Siue en̅ ho̅ est a̅a̅l· e̅·
siue rationale· siue risibile· siue gramaticu̅· ab a̅a̅li suba non recedit· Sublato g̅ gn̅e & ceta con
sumunt· positis ceteris sequit gen̅· Prior est i natā ceteris gn̅s· posterior ceteroꝝ. Jure eg̅ indisputa
tio̅e ꝑpositu̅· sed qm̅ gn̅s nom̅ mlta sig̅ficat· h̅ e̅ en̅ q̅ ait· Videt aut̅ neq; genus neq; spe̅s
simplicit̅ dici· Ubi en̅ non est simplex dictio· illic est multiplex significatio. Prius hui no̅is
sig̅ficatio̅es discernit· ac sepat· ut de qua sig̅ficatio̅e gn̅s tractatus est sub oculis ponat· Sed
cu̅ neq; gen̅· neq; spe̅s· neq; diffa̅· neq; ꝓpu̅· nec accidens sig̅ficatione simplicia sint· cur de
his tantu̅ duob; gn̅e in qua ac spe̅ dixit· non simplicit̅ dixi· cu̅ ꝓpriu̅ diffa̅· accidens· ipsa
quoq; sint sig̅ficatio̅e mltiplici· Dicendu̅ e̅· q̅m longitudine̅ uitans· tantu̅ spe̅m no̅auit
e̅a̅q;· ideo ne solu̅ gen̅ sig̅ficatio̅e e̅e̅ mltiplici putaret. Ennu̅at aut̅ ꝑima̅ q̅ de gn̅s sig̅ficatio
ne̅ b̅m. ¶ Gen̅ en̅ & aliquoꝝ quoda̅ m̅ se h̅ntiu̅ ad unu̅ aliq̅d· 7 ad se inuice̅ collectio; sc̅d̅m qua̅ ss
sig̅ficatione̅ romanoꝝ dr̅ gen̅· ab unu̅ scilicet abitudine· dico aut̅ romuli· & mltitudinis ha ss
bentiu̅ aliq̅m̅ ad se inuice̅ ea̅ que e̅· ab illo cognatione̅; sc̅d̅m diuisione̅ ab aliis gn̅ib; dictam. ss
Una inq̅t gn̅s sig̅ficatio e̅· q̅ in mltitudine̅ ueni̅ aq̅libet uno ꝑincipiu̅ trahens· ad q̅a scilicet que
ita illa mltitudo coniuncta e̅· ut ad se inuice̅ ꝑ eide̅ uni ꝑincipiu̅ copulata sit· Ut cu̅ romanoꝝ
dr̅· mltitudo en̅ romanoꝝ
gn̅s ab uno romulo uocabulu̅ trahens sit· 7 ip̅s romulo· 7 ad se inuice̅ q̅da̅ no̅is h̅editate
c̅iuncta e̅· Eade̅ en̅ q̅ ab romulo societas descendit romanos int̅ se om̅s uno gn̅s no̅e de
iuncit· 7 coalligat· Videt aut̅ secuisse hac gn̅s sig̅ficatione̅ in duas partes· cu̅ copulatiua̅
c̅iunctione̅ amiserit dicens· gen̅ dici· 7 aliquoꝝ q̅da̅ modo se habentiu̅ ad unu̅ aliq̅d· & ad se
inuice̅ collectio; ta̅qua̅ & illud gen̅ dicat̅ ad unu̅ se habe̅ aliq̅m̅; 7 hoc rursus dicat̅ gn̅s
q̅ ad se inuice̅ unius gn̅s sig̅ficatio̅e coniunctis h̅ uo̅ minime e̅· Eade̅ en̅ a q̅libet uno
ꝑpagata societas· 7 ad illu̅ q̅ ꝑinceps e̅ gn̅s tota̅ mltitudine̅ refert· 7 ipsa̅ int̅ se ml
titudine̅ uno gn̅s no̅ie coniectit 7 continet· Quocirca n̅ e̅· putandus diuisione̅ fecisse
sed o̅me q̅c̅q̅d in hac gn̅s sig̅ficatio̅e intelligendu̅ fuit ap̅uisse· Ordo aut̅ uerboꝝ ita se h̅t·
qd̅ est yperbaton intelligendus· Gn̅s en̅ dr̅· & aliquoꝝ ad unu̅ se aliq̅m̅ h̅ntiu̅ collectio· 7 ad
se inuice̅ aliq̅ modo h̅ntiu̅· Rursus collectio subaudienda e̅; e̅ en̅ zeuma· cu̅ sig̅ficatio̅is Zeuma e̅ uniu̅s uocabuli diuisis clausulis apte c̅iuncta conclusio.
adiecit exe̅plu̅· sc̅d̅m qua̅ sig̅ficatione̅ romanoꝝ dr̅ gen̅ ab unius scilicet habitudine· dico
aut̅ romuli· & multitudinis rursus habitudinis habentiu̅ aliq̅m̅ ad inuice̅ cognatione̅
ea̅ scilicet que ab illo e̅· i· romulo· sc̅d̅m diuisione̅ ab aliis gn̅ib; dicta̅ scilicet mltitudinis
hec en̅ mltitudo aliquoru̅ ad unu̅· 7 ad se inuice̅ h̅ns cognatione̅· gen̅ dicta e̅· ut ab aliis di
scerne̅t· ut romanoꝝ gen̅ ab athenienseiu̅· ceteroꝝq; separet̅· ut sit integer uerboꝝ ordo·
Gn̅s en̅ dr̅· & aliquoꝝ ad unu̅ se q̅da̅ m̅ h̅ntiu̅· & ad se inuice̅ collectio; sc̅d̅m qua̅ sig̅ficatio ss
ne̅ romanoꝝ gen̅ dr̅ ab unius scilicet habitudine· Dico aut̅ romuli· 7 mltitudinis sc̅d̅m diui ss
sione̅· ab aliis gn̅ib; dicta̅ h̅ntiu̅ scilicet ho̅inu̅ aliquoru̅ ad inuice̅ ea̅ que e̅· ab illo· i· romu ss
lo cognatione̅· atq; hec actenus. ¶ Nunc de sc̅da̅ gn̅s sig̅ficatio̅e dicendu̅ e̅. ¶ Dr̅ aut̅ 7 ss
alit̅ rursus gen̅· q̅ e̅ uniuscuiusq; g̅natio̅is ꝑincipiu̅· t ab eo q̅ genuit· t ab eo in q̅o qs genit ss
e̅. Sic en̅ q̅ d̅in̅s horeste̅ a tantalo gn̅s habe̅· hylu̅ aut̅ ab hercule· & rursus pindaru̅ q̅ ss
thebanu̅ e̅e̅ gn̅e· platone̅ uo̅ atheniensem. Et en̅ pat̅a principiu̅ e̅· uniuscuiq; g̅natio̅is. ss

quemadmodum pater. Haec autem videtur promptissima esse significatio. Romani enim quasi ex genere descendunt Romuli, et Cecropidae qui ex genere descendunt Cecropis, et horum proximi. Quattuor omnino principia sunt, quae unumquodque principaliter efficiunt. Est enim una causa quae effectiva dicitur, velut pater filii. Est alia quae materialis, velut lapides domus. Tertia forma, velut hominis rationabilitas. Quarta quam ob rem, velut pugnae victoria. Duo vero sunt quae per accidens uniuscuiusque dicuntur esse principia, locus scilicet atque tempus. Omne enim quod nascitur vel fit, in loco atque tempore est. Quod quod loco vel tempore natum factumve fuit, eum locum vel id tempus accidentaliter dicitur habere principium. Horum omnium in hac secunda generis significatione duo quaedam ex alterutris assumit, quae ad significationem generis videbantur accommoda. Ex his quidem causis quae principalia sunt effectivum sumit, ex his vero quae accidentia locum sumit. Ait enim genus dicitur a quo quis genitus est, quae est effectiva principalium causa, et in quo quis loco est procreatus, quae est accidens causa principii. Itaque haec secunda significatio duo continet, eum a quo quis procreatus est et locum a quo quis editus est, uti exempla quoque demonstrant. Orestem enim dicimus a Tantalo genus ducere. Tantalus quippe Pelopem, Pelops Atreum, Atreus Agamemnonem, Agamemnon genuit Orestem. Itaque a procreatione genus hoc dictum est. At vero Pindarum dicimus esse Thebanum scilicet quod Thebis est editus, tale generis nomen accepit. Sed quoniam diversum est illud a quo quis procreatus est locusque in quo quis editur, videbatur diversa esse generis significatio procreantis et loci, quam in secunda scilicet parte enuntians unam fecit. Sed ne videretur duplex, per similitudinem coniunxit dicens: et enim patria principium est uniuscuiusque generationis quemadmodum pater. Sed quoniam in significationibus evenit saepe ut sit aliquid quod intellectui significatae rei propinquius esse videatur, quoniam duas apposuit generis significationes, multitudinis scilicet et procreantis, cui generis nomen convenientius aptetur iudicat atque discernit dicens hanc esse promptissimam generis significationem, quae a procreante deducta est. Hi namque maxime Cecropidae sunt qui a Cecrope descendunt, hi Romani qui a Romulo. Quae cuncta sunt, confundi rursus generis significationes videntur. Si enim hi sunt maxime Romani qui a Romulo originem trahunt, et haec significatio illa est quae a procreante deducitur, ubi est reliqua quam primam quoque enuntiavit, quae est multitudinis ad unum et ad se invicem quodammodo se habentium collectio? Sed acutius intuentibus plurime admodum differunt. Aliud est enim a quolibet primo procreante genus deducere, aliud unum genus esse plurimorum. Illud enim ex porrecta sanguinis linea fieri potest et non in multa diffundi, ut si per se unicus familia descendit. Huic enim aptabitur secunda illa generis significatio quae a procreante deducitur. Prima vero illa non nisi in multitudine consistit. Illud quoque est quod prima procreationis principium non requirit, sed ut ipse ait sufficit aliquomodo se habere ad id unde huiusmodi generis principium sumitur. Secunda vero significatio nullam vim nisi a procreante sortitur. Item in illa prima significationis multitudine huius secundae particularitas continetur, ut in Romanorum genere Scipiadarum genus, ita cum sint Romani Scipiadae sunt. Quoniam enim ad Romulum et ad ceteros Romanos secundum Romuli habitudinem iunctis Romanis, Scipiadae vero dicuntur ad secundam generis significationem quia eorum familiae et sanguinis principium fuit, et prius quidem appellatum genus uniuscuiusque generationis principium. Dehinc etiam multitudo eorum qui sunt ab uno principio ut a Romulo. Namque nos dividentes et ab aliis separantes dicebamus omnem illam collectionem esse Romanorum genus. Sensus facilis expeditus est, si tamen ambiguitas una solvatur. Cum enim prius multitudinis significationem retulit ad generis nomen, postaut ad procreationis initium. Nunc e contrario modo illam posteriorem a se enuntiatam significationem dicere videtur priorem quae est procreationis, illam vero posteriorem multitudinis, quod contrarium videri potest, si quis ad ordinem superius digestae disputationis aspexerit. Sed non de se loquitur hic, sed de humani consuetudine sermonis, in quo priorem eam significationem generis fuisse dicit quae a procreante sit tracta. Antecedente vero aetate loquendi

usu nomen generis etiam ad multitudinem habentem se quodammodo ad aliquem fuisse translatum. Hoc uero iccirco
quoniam superius dixerat. Haec enim uidetur principalissima esse significatio. ut ab hac .i. secunda quam principalissi
mam significationem esse dixit. illa quoque nuncupata uideatur. quae est multitudinis. Prius enim genus inter homines
appellatum est quisquis a generante deduceret. Post autem factum est ut per loquendi usum et multitudinis
ad aliquem quodammodo se habentis genus diceretur propter diuisionem scilicet gentium ut esset inter eas nominis
societatisque discretio. His igitur expletis uenit ad tertium genus quod inter philosophos tractatur. cuique ad
dialecticam facultatem multus usus est. horum quippe generum historia magis uel poesis tractat exordi
um. Tertium uero genus apud philosophos consideratur de quo hoc modo loquitur. Aliter autem rursus genus dicitur cui
supponitur species ad horum fortasse similitudinem dictum. Et enim principium quoddam est huiusmodi genus earum
quae sub ipso sunt specierum. Videtur etiam multitudinem continere omnium quae sub ipso specierum. Duplicem si
gnificationem generis supposuit ne tertiam monstrare contendit. Hanc autem ad superiorem simili
tudinem dictam esse arbitratur. Superius dues significationes dictae. una quidem cum generis nomen quadam princi
pii antiquitate adiuncta multitudinem continet. Alia uero cum genus ab unoquoque procreante duceretur.
quod eorum quae procreantur principium est. Cum igitur sint superius duae generis propositae significationes. tertiam nunc
addidit de quo inter philosophos sermo est. illud scilicet cui supponitur species. quod iccirco genus uocatum esse sub
opinionis suae credit ambiguo. quoniam habet aliquam similitudinem superiorum. Nam sicut illud genus quod ad
similitudinem dicitur uno suo nomine multitudinem claudit. ita etiam genus plurimas species coheret. et con
tinet. Item ut genus illud quod secundum procreationem dicitur principium quoddam est eorum quae ab ipso procreantur. ita
genus speciebus suis est principium. Ergo quoniam utrique est simile idcirco nomen quoque generis etiam in hanc signifi
cationem a superioribus mutuatum esse uerisimile est. Tripliciter igitur cum genus dicatur. de tertio apud
philosophos sermo est. quod etiam describentes assignauerunt genus esse dicentes quod de pluribus et diffe
rentibus specie in eo quod quid sit praedicatur. ut animal. Iure tertium genus philosophi ad disputationem sumunt.
hoc enim solum est quod substantiam monstrat. Cetera uero aut unde quid existit. aut quemadmodum a ceteris omnibus
una quasi quaeque populi forma diuidatur ostendunt. Nam illud quod multitudinem continet genus illius
multitudinis quam continet substantiam non demonstrat. sed tantum in uno nomine collectionem populi facit.
ut ab alterius generis populo segregetur. Item illud quod secundum procreationem dictum est non rei procreatae substantiam mon
strat. sed tantum quod ei fuit procreationis initium. At uero genus id cui supponitur species ad differentiam acco
modatum speciei substantiam informat. Et quia inter philosophos haec maxima est quaestio quid unumquodque sit.
Tunc enim unumquodque scire debemus quando quid sit agnoscimus. Iccirco reiectis ceteris de eo genere quam maxime apud
philosophos sermo est. quod etiam describentes assignauerunt ea descriptione qualibet annexuit.
Diligenter uero autem describentes non definientes. Diffinitio enim fit ex genere. genus autem aliud genus
habere non potest. Idque obscurius. quam ut primo additu dictum est pateat. fieri autem potest ut res quae alicuius generis
sit. alii generi supponatur. non quasi genus sed tamquam species sub alio collocatur. uel seu supponitur. in uno modo in eo quod genus est suppon
alicui potest. sed cum supponitur illico species sit. quae cuncta sint ostendit ipsum in eo quod genus est. genus habere non
posse. Si igitur uoluisset generis differentiam concludere nullo modo potuisset. genus enim aliud quod ei potuisset praeponere
non habet. atque iccirco descriptionem autem esse factam non diffinitionem. Descriptio uero est ut in priori uolumine
dictum est ex proprietatibus informatio quaedam rei. et tamquam coloribus quibusdam depictio. Cum enim in unum plu
ra conueniunt. ita ut omnia sint rei cui applicantur equentur. non ex genere uel differentiis et collectio
fiat descriptio nuncupatur. Est igitur descriptio generis haec. Genus est quod de pluribus et differentibus specie in eo quod
quid sit praedicatur. Tria haec reperiuntur in genere. ut de pluribus praedicetur. ut de specie differentibus. in eo
quod quid sit. De quare quoniam ipse posterius latius disputat. nos breuiter huius rei intelligentiam significemus

hoc modo. Sit nobis in forma generis animal, id de aliquibus sine dubio praedicetur, homine scilicet, boue, equo, et ceteris.
sed haec plura sunt. Animal igitur de pluribus praedicatur; homo uero, equus, atque bos, talia sunt ut a se discrepent, ne qua
libet mediocri re sed tota specie, id est tota forma suae substantiae, de quibus dicitur animal. Homo enim et equus et bos animalia
nuncupantur. Praedicatur igitur animal de pluribus specie differentibus. Sed quonam modo fit haec praedicatio? Non enim quaecumque
interrogauimus mox animal respondetur. Non enim si quantum sit homo interrogauimus mox animal respondetur. Non enim
si quantum sit homo interrogauimus animal respondebitur, ut opinor. Hoc enim ad quantitatem pertinet, non ad substantiam.
Item si qualis rogas, nec huic quidem responsio conuenit animalis, ceterisque omnibus interrogationibus hanc animalis respon
sionem idiota atque inutilem semper esse reperies; non ei tantum apta est, ut quid sit interroget. Interrogantibus enim no
bis quid sit homo, quid sit equus, quid sit bos, animal respondebitur. Item nomen animalis ad interrogationem omnibus quid sit de
homine, equo, atque boue, ac de ceteris praedicatur. Unde fit ut animal praedicetur de pluribus specie differentibus in eo quod sit.
Et quoniam generis haec diffinitio est, animalis hominis equi bouis genus esse necesse est. Omne autem genus aliud est quod in
semetipso atque in re intelligitur, aliud quod alterius praedicatione. Sua enim proprietas ipsum esse constituit, ad alterum
relatio facit genus; ut ipsum animal si eius substantiam quaeras, dicam substantiam esse animatam atque sensibilem. Haec igitur diffinitio rem
monstrat per se sicut est, non tamquam referatur ad aliud. At uero cum dicimus animal genus, non ut arbitror tunc de re ip
sa hoc dicimus, sed de ea ratione qua potest ratione animal ad ceterorum quae sibi subiectas praedicationem referri. Ita
que caracter est quidam ac forma generis in eo quod referri praedicatione ad eas res potest, quae cum sint plures et specie
differentes in earum tamen substantia praedicatur huius diffinitionis rationem per exempla subiecit dicens: Eorum enim
quae praedicantur alia quidem de uno solo dicuntur, sicut indiuidua, alia de pluribus, ut accidens, ut album, nigrum,
sedere. Aut aliter, alia de pluribus quemadmodum genera, et species, et differentiae, et propria, et accidentia communiter, sed non proprie
alicui. Omnium quae praedicantur quolibet modo facit Porphyrius diuisionem, ideo ut a reliquis omnibus praedicationem
generis seiungat ac separet, et id facit hoc modo: Omnium inquit quae praedicantur, alia quidem de singularitate,
alia de pluralitate dicuntur. De singularitate autem inquit praedicantur quaecumque unum quodlibet habent subiectum de
quo dici possint, ut ea quibus singula subiectas indiuidua, ut Socrates et Plato. Ut hoc album quod in hac
posita niue est, et hoc scamnum in quo nunc sedemus; non omne scamnum, hoc enim uniuersale est, sed hoc quod nunc positum est. Nec
album quod in niue est uniuersale est; enim album quod in niue est. Uniuersale est enim album et nix. Sed hoc album quod in hac
niue nunc esse conspicitur, hoc enim non potest de quolibet alio albo praedicari quam quod in hac niue est, quia ad singularitatem
deductum est atque in indiuiduam formam strictum est indiuidui participatione. Alia uero sunt quae de pluri
bus praedicantur. Est autem genus quidem indiuidui participatione, ut animal; species uero ut homo; differentia autem ut rationale;
proprium ut risibile; accidens ut album, nigrum, sedere. Genera quidem praedicantur de pluribus speciebus suis. Species uero
de pluribus praedicantur indiuiduis suis, homo quoque est animalis species plures sub se homines habet de quibus appellari possit.
Item equus quod sub animali est speciei loco plurimos habet indiuiduos equos de quibus praedicetur. Differentia uero ipsa quoque de
pluribus speciebus dici potest ut rationale de homine ac de deo, corporibusque celestibus, quae sicut Platoni
placet animata sunt et ratione uigentia. Proprium uero et si de una specie praedicatur de pluribus tamen indiuiduis
dicitur quae sub una conuenienti specie collocantur, ut risibile de Platone, Socrate, et ceteris indiuiduis. Acci
dens etiam de multis dicitur. Album enim et nigrum de pluribus omnino dici potest in eo quod praedicatur quale sit, quae
a genere specieque seiuncta sunt. Sedere etiam de pluribus dicitur: homo enim sedet, simia sedet, aues quoque, quarum species lon
ge diuersae sunt. Accidens autem quoniam communiter accidens esse potest et proprie alicui, idcirco determinauit dicens: Et acci
dentia communiter sed non proprie alicui. Quae enim proprie alicui accidunt indiuidua fiunt et de uno tantum ualen
tia praedicari, et ea quae communiter accipiuntur de pluribus dici possunt. Ut enim de niue dictum est, illud
album quod in hac subiecta niue est non est commune accidens, sed proprie huic niui quae oculis ostensionique sub
iecta est. Itaque ex eo quod communiter praedicari potest de multis enim album dici potest, ut albus homo, albus equus.

albam nix · factum est ut de una tantum niue predicari album illud possit · cuius participatione ipsum quoque
factum est singulare. Omnino autem omnia genera · uel species · uel differentias · uel propria · uel accidentia si per semetipsa
consideremus · in eo quod genera uel species · uel differentie sunt · uel propria · uel accidentia · manifestum est quoniam de pluribus predican
tur. At si ea in his speculemur in quibus sunt uel secundum subiectam eorum formam · uel substantiam metiantur · euenit ut ex
pluralitate predicationis ad singularitatem uideantur adduci · Animal enim quod genus est de pluribus predicatur
Sed cum hoc animal in socrate consideramus · Socrates enim animal est ipsum animal fit indiuiduum · quoniam socrates est indi
uiduus ac singularis. Item cum dicitur homo de pluribus quidem hominibus predicatur sed illam humanitatem que in socrate est
in indiuiduo consideremus · fit indiuidua · quoniam socrates ipse indiuiduus est ac singularis. Item differentia ut rati
onale de pluribus dici potest · sed in socrate indiuidua est. Risibile etiam cum de pluribus hominibus predicatur in socra
te fit unicum. Communiter quoque accidens ut album cum de pluribus dici possit · in unoquoque indiuiduo corpore
perspectum indiuiduum est. Fieri autem potuit commodior diuisio hoc modo. Ut eorum que dicuntur alia quidem ad
singularitatem predicantur · alia ad pluralitatem. Eorum que de pluribus predicantur · alia secundum substantiam predicantur.
alia secundum accidens. Eorum autem que secundum substantiam predicantur · alia in eo quod quid sit dicuntur · alia in eo quod quale sit. In
eo quod quid sit quidem genus et species · in eo quod quale sit differentia. Item eorum que in eo quod quid sit predicantur · alia de speciebus pre
dicantur pluribus · alia minime. De speciebus quidem pluribus predicantur genera · De nullis uero species. Eorum autem que
secundum accidens predicantur · alia quidem sunt que de pluribus speciebus predicantur · ut accidentia · alia que de una tan
tum ut propria. Posset autem fieri et huiusmodi diuisio. Eorum que predicantur · alia de singulis predicantur · alia de pluribus
Eorum que de pluribus alia in eo quod quid sit · alia in eo quod quale sit predicantur. Eorum que in eo quod quid sit · alia de
differentibus specie dicuntur · ut genera · alia minime ut species. Eorum autem que in eo quod quale sit de pluribus predi
cantur · alia quidem de differentibus specie predicantur · ut differentie · et accidentia communia · alia de una tantum specie ut propria. Eorum uero que
de pluribus specie differentibus in eo quod quale sit predicantur · alia quidem in substantia predicantur ut differentie · alia in communi
ter euenientibus ut accidentia. Et per hanc diuisionem harum quinque rerum diffinitiones colligi possunt hoc modo.
Genus est quod de pluribus in eo quod quid sit specie differentibus predicatur. Species est quod de pluribus minime specie differen
tibus in eo quod quid sit predicatur. Differentia autem est quod de pluribus specie differentibus · in eo quod quale sit in substantia predi
catur. Proprium est quod de una tantum specie in eo quod quale sit in substantia predicatur. Accidens est quod de pluribus et specie
differentibus in eo quod quale sit · non in substantia predicatur · Et nos quidem has diuisiones fecimus · ut omnia a semetipsis
separemus. Porphirio uero alia fuit intentio. Non enim omnia nec a semetipsis disiungere festinabat · sed tantum
ut cetera a generis forma et proprietate separaret. Idcirco diuisit quidem omnia que predicantur aut in ea que de singulis pre
dicarentur · aut in ea que de pluribus predicarentur · aut genera esse dixit · aut species · aut cetera. Eorumque exempla subi
ciens adiungit. Ab his quidem que de uno solo predicantur differt genus · eo quod de pluribus assignata predicantur. Quando ss
autem quid est homo interrogamus animal respondemus. Est autem genus hominis animal. Nunc genus a ceteris omnibus que quolibet ss
modo predicantur separare contendit hoc modo. Quoniam enim genus de pluribus predicatur statim differt ab his quidem que
de uno tantum specie predicantur · quoque unumquodlibet habet indiuiduum ac singulare subiectum. Sed hec est differentia generis ab
his que de uno predicantur · communis eidem cum ceteris · id est specie differentia proprio et accidenti. Idcirco quoniam ipsa quoque de pluribus predi
cantur · horum que singulorum differentias a genere colligit · ut solum intellegendum genus quale sit sub animi deducat
aspectu dicens. Ab his autem que de pluribus predicantur · differt genus a speciebus quidem primum · quoniam species ss
et si de pluribus predicantur non tamen de differentibus specie sed numero. Species enim sub se plurimas species habere ss
non potuit · Alioquin genus non species appellaretur. Si enim genus est quod de pluribus predicatur specie differentibus in
eo quod quid sit · huic si adiciatur ut de specie differentibus predicetur species in formam transit generis. Id quoque exemplo in
telligi fas est. Homo enim cum sit species predicatur de socrate · platone · et ceteris que a se non specie disiuncta sunt sicut
homo atque equus sed numero tantum. Quod quidem habet dubitationem quid sit sit hoc · quod dicitur differre numero. Numero enim

i. cum species de pluribus dicatur et in eo quod quid sit

differre aliquid uidebitur quotiens numerus a numero differt. ut grex boum qui fortasse continet .xxx. boues
differt numero ab alio boum grege si centum continet boues. In eo enim quod grex est non differunt. in eo enim quod bo
ues non quidem in numero. quod illi quidem plures illi pauciores. Quomodo igitur socrates et plato specie non differunt
sed numero. cum et socrates unus sit. et plato unus. unitas ab unitate non differat. Sed ita intelligendum
est quod dictum est numero differentibus. id est in numerando differentibus hoc est dum numerantur differunt. Cum enim dicimus hic socra
tes hic plato est. duas fecimus unitates. ac si digito tangamus dicentes hic unus est de socrate. Rursus de
platone hic unus est. non eadem unitas in socrate numerata est. que in platone. Alioquin posset fieri. ut secundo
tacto socrate. plato esset monstraretur. Quod non fit. Non enim tetigeris socratem semel uel iterum digito. Itemque teti
geris platonem. non facies duos. Dum numerantur igitur differunt eo quod sunt numero differentia. Animal uero cum genus sit. de homine.
boue. et equo predicantur. que differunt a se inuicem specie quoque non numero solo. Cum igitur species de numero differentibus non
de specie predicetur. genus de pluribus et differentibus specie dicitur. ut de boue. et equo. et ceteris que a se specie
inuicem differunt non solo numero. Tribus enim modis unumquodque uel differre ab aliquo dicitur. uel alicui idem esse
genere. numero et specie. Quecumque igitur genere eadem sunt non necesse est esse eadem specie. ut cum homo atque equus idem sunt genere.
Utraque enim animalia nuncupantur differunt specie. quoniam alia est hominis species. alia equi. Socrates uero atque plato cum idem
sint specie. idem quoque genere sunt. Utraque enim sub animalis predicatione ponuntur. Si quid uero uel genere uel specie idem sit non necesse
est idem esse numero. Quod si idem numero sit. et idem specie. et genere necesse est. ut socrates et plato. cum et genere animalis et
specie hominis idem sunt. numero tamen repperiuntur esse disiuncti. Gladius atque ensis idem sunt numero. Nichil enim aliud est omni
no ensis quam gladius. sed nec specie diuisi sunt. Utrumque enim gladius est. Nec genere. Utrumque enim instrumentum.
quod est genus gladii. Quoniam igitur homo. bos. atque equus. de quibus animal predicatur. specie differunt. numero igitur et eos differre ne
cesse est. Idcirco hoc plus habet genus quod de specie differentibus predicatur. Nam si integram generis diffinitionem demum
dabimus hoc modo. Genus est quod predicatur de pluribus et differentibus specie non solo numero in eo quod quid sit. At uero sic speciei
Species est quod predicatur de pluribus et differentibus numero in eo quod quid sit. A proprio uero differt genus quoniam proprium quidem
de una sola specie cuius proprium predicatur. et de his que sub una specie sunt indiuiduis. quemadmodum risibile de ho
mine solo. et de particularibus hominibus. Quod proprium semper unius speciei adesse potest neque eam relinquit. nec transit
ad aliam. atque idcirco proprium appellatum est. ut risibile hominis. Itaque et de ea specie cuius est proprium predicatur. et de his indi
uiduis que sub illa sunt specie. ut risibile de homine dicitur. et de socrate et platone. et ceteris que sub hominis nomine conti
nentur. Genus uero non de una tantum specie ut dictum est. sed de pluribus et differentibus specie. Differt igitur genus a proprio
eo quod de pluribus predicatur. cum proprium de una tantum specie de qua dicitur. et de his que sub illa sunt indiuiduis. A differentia
uero et ab his que communiter sunt accidentibus differt genus quoniam et si de pluribus et differentibus specie predicantur. sed in eo
quod quale uel quomodo se habeat. Interrogantibus enim nobis illud de quo predicantur hec non in eo quod quid sit di
cimus predicari sed in eo quod quale sit. Interrogati enim qualis est homo. dicimus rationalis. et in eo quod qualis est coruus
quoniam niger est. Est autem rationale quidem differentia. Nigrum uero accidens. Quando autem quid est homo interrogamur
animal respondemus. Est autem hominis genus animal. Differentie atque accidentis discrepantiam a genere una separatione
concludit. Omnino enim quia hec in eo quod quid sit minime predicantur eo ipso segregantur a genere. Nam in ce
teris quidem propinqua sunt generi. Nam et de pluribus predicantur. et de specie differentibus sed non in eo quod quid sit. Si quis enim
interroget qualis est homo. respondebit rationalis quod est differentia. Si quis qualis est coruus dicitur niger quod est accidens.
Si autem interroges quid est homo. animal respondebit quod est genus. Quod uero ait hec non in eo quod quid sit predicari. sed ma
Questio. gis in eo quod quale sit hoc magis questioni occurrit huiusmodi. Aristoteles enim differentias in substantia putauit
Solutio oportere predicari. Quod autem in substantia predicatur hanc rem de qua predicatur non qualis sit. sed quid sit ostendit. Unde non uidetur
differentia in eo quod quale sit predicari. sed potius in eo quod quid sit. Sed soluitur hoc modo. Differentia enim ita substantiam demonstrat
ut circa substantiam qualitatem determinet. id est substantialem proferat qualitatem. quod igitur dictum est. magis tale est. tamquam

si dicet

si dicet. Uidetur quidem substantiam significare atque ideo in eo quod quid sit praedicari. Sed magis illud uerius est quia tametsi substantiam monstret, tamen in eo quod quale sit praedicatur. Quare de pluribus praedicari diuidit genus ab his quae de uno solo dicuntur. Eorum quae sunt indiuidua praedicantur. De differentibus uero specie separat genus ab his quae sic specie praedicantur, ut species et propria. In eo autem quod quid sit praedicari diuidit genus a differentiis et communiter accidentibus quae non in eo quod quid sit sed in eo quod quale est uel quomodo se habent praedicantur de his de quibus praedicantur. Tria hic esse dicimus quae significatione hac tertia generis informarent, id est de pluribus praedicari specie differentibus in eo quod quid sit. Quae singulae partes generis acervis quae quomodolibet praedicantur distribuunt ac secernunt. Quod ipse breuiter colligens dicit. Id enim quod de pluribus praedicatur genus ab his diuidit quae de uno tantum praedicantur indiuiduo. Indiuiduum autem pluribus dicitur modis. Dicitur indiuiduum cuius praedicatio in reliqua similia non conuenit ut Socrates. Nam cum illi sint ceteri homines similes non conuenit proprietas et praedicatio Socratis in ceteris. Ergo ab his de quo de uno tantum praedicantur genus differt eo quod de pluribus praedicatur. Restant igitur quatuor species et proprium differentia et accidens. Quorum a genere differentias colligimus. Singulis igitur differentiis ab his rebus segregabitur. Ea quidem differentia qua de specie differentibus genus dicitur separat ab his quae sic species praedicantur, ut sicut propria. Species enim omnino de nulla specie dicitur. Proprium uero de una tantum specie praedicatur atque ideo non de specie differentibus. Item genus a differentia et accidenti differt quod in eo quod quid sit praedicatur. Illa uero non in eo quod quid sit appellantur ut dictum est. Itaque genus quidem ab his quae de uno praedicantur differt in quantitate praedicationis. A speciebus uero et a proprio in subiectorum natura, quoniam genus de specie differentibus dicitur. Proprium uero et species minime. Item genus in qualitate praedicationis a differentia accidentique diuiditur. Qualitas enim praedicationis quaedam est uel in eo quod quid sit uel in eo quod quale sit praedicari. Hic igitur neque superfluum neque minus continet generis dicta descriptio uel diffinitio. Omnis enim descriptio uel diffinitio debet ei quod diffinit aequari. Si enim diffinitio sit aequalis et si quidem maior, etiam quaedam alia continebit, et non necesse est ut semper diffiniti substantiam monstret. Si minor sit, ad omnem diffinitionem substantiae non peruenit. Omnia enim quae maiora sunt de minoribus praedicantur ut animal de homine, minora uero de maioribus minime. Nemo enim potest uere dicere omne enim animal homo est. Atque ideo si sibi praedicatio conuertatur aequalis oportet ut sit. Id autem fieri potest sine quo superfluum quicquid habet neque diminutum, ut in ea ipsa generis descriptione. Dictum est enim esse genus quod de pluribus specie differentibus praedicetur id esse genus si conuerti potest, ut autem nec plus nec minus generis continet facta descriptio.

(interlinear:) in eo quod quid sit. Quae descriptio cum generi conuerti potest ut dicam quod de pluribus specie differentibus in eo quod quid sit praedicetur.

(margin:) Dicitur indiuiduum quod omnino secari non potest ut unitas uel mens. Dicitur indiuiduum quod ob soliditatem nequit diuidi ut adamans.

Anitii Mallii Seuerini Boetii u. c. patricii ysagogi Porphirii id est introductionibus a se translati editionis secundae commentariorum II explicit. Incipit tertius.

Superior de genere dispositio uidetur forsitan omnem etiam speciei consupsisse tractatum. Nam cum genus ad aliquid praedicetur, id est ad speciem, cognosci natura generis non potest, si speciei notitiam uel intelligentiam nesciat. Sed quoniam diuisa est in suis naturis eorum consideratio atque discretio diuisa in permixtis, ideo sicut singula in prooemio proposuit ita diuidens cuncta prosequitur ac primum post generis disputationem de specie tractat. De qua quidem dubitari potest. Si enim haec fuit ratio ponendi generis reliquis omnibus quod naturae suae magnitudine cetera continet, non aequum erat speciem differentiae in ordine tractatus anteponere quod differentia speciem continet. Cum praesertim differentiae ipsae species informent. Prius autem est quod informat, quam id quod eius informatione perficitur. Posterior igitur species a differentia. Prius igitur de differentia tractandum fuit, et in prooemio etiam consentiret in quo eum ordinem collocauit quem naturalis ordo suggessit dicens: utile esse nosse quid genus sit et quid differentia. Huic respondendum est quaestioni quoniam omnia quaecumque ad aliquid praedicantur sibimet semper oppositis sumuntur. Ut igitur non potest esse pater nisi sit filius nec filius non praecedat pater alteriusque nomen pendet ex altero ita etiam in genere ac specie uidere licet. Species quippe nisi generis non est. Rursusque genus esse non potest nisi referatur ad speciem. Nec uero sibi quaedam aut res absolute esse putandae sunt et species et genus ut superius quoque dictum est. Sed quicquid illud est quod innatae proprietate consistit id tamen fit genus ac species cum uel ad inferiora uel ad superiora referuntur. Quorum igitur relatio alterutrum constituit, eorum continens factus est iure tractatus. De specie igitur inchoans ait hoc modo.

(below the last line:) Sed

⸿Species autem dicitur quidem de uniuscuiusque forma, secundum quam dictum est: Priamique species digna imperio. Dicitur autem species et ea quae est sub assignato genere, secundum quam solemus dicere hominem quidem speciem animalis, cum sit genus animal, album autem coloris speciem, triangulum vero figurae speciem. Sicut genus supra significationibus distinxit aequivocis, ita idem in specie facit dicens non esse speciei simplicem significationem, et ponit quidem duas; longe autem plures esse manifestum est, quas ideo praeterit, ne lectoris animum pluralitate confunderet. Dicit autem primum quidem speciem vocari uniuscuiusque figuram, quae ex accidentium congregatione perficitur. Cautissime autem dictum est uniuscuiusque. Haec enim secundum accidens dicitur, quae uniuscuiusque individui forma est. Ea enim non ex substantiali quadam forma species, sed ex accidentibus evenit. Alia est enim substantialis formae species, quae humanitas nuncupatur, eaque non est quasi supposita animali, sed tamquam ipsa qualitas substantiam monstrans. Haec enim ab hac diversa est, quae uniuscuiusque corpori accidens insita est, et ab ea quam genus deducit in partes. Postremum vero pluras quae cum eadem sint diversis tamen modis ad aliud atque ad aliud relata intelliguntur, ut haec ipsa humanitas in eo quod ipsa est, si per se extra consideres, species est ea quae substantialem determinat qualitatem. Si sub animali eam intellegendo locaveris deducentis animalis in sese participationem separatamque a ceteris animalibus, ac fit generis species. Quod si uniuscuiusque proprietates consideres, id est quam virilis vultus, quam firmi incessus, ceteraque quibus individua confirmantur et quodammodo depinguntur, haec est accidens species, secundum quam dicimus quemlibet illum imperio dignum propter eximiam dignitatem formae. Huic aliam adiungit speciei significationem, id est eam quam supponimus generi. Possumus vero triplicem significationem speciei esse subicere: unam quidem substantiae qualitatem, aliam cuiuslibet individui propriam formam, tertiam de qua nunc loquitur, quae sub genere. Credendum vero est quod propter obscuritatem, quam nos adiecimus, quam mirum altiorem atque eruditiorem quaereret intellectum, eam tantum praetermissamque certum edidisse. Cuius quidem speciei haec exempla subiecit, ut hominem quidem animalis speciem, album autem coloris, triangulum vero figurae. Haec enim omnia species nuncupantur earumque sunt genera: animal quidem hominis, albi autem color, trianguli forma. ⸿Quod si et genus assignantes meminimus speciei, dicentes quod de pluribus et differentibus specie praedicetur in eo quod quid sit, et speciem dicimus quod sub genere est. ⸿Dudum cum generis descriptionem assignaret, in generis diffinitione speciei nomen iniecit dicens aliud esse genus quod de pluribus specie differentibus in eo quod quid sit praedicaretur, scilicet ut per speciei nomen diffiniret genus. Nunc vero cum speciem diffinire contendit, generis utitur nuncupatione dicens speciem esse quae sub genere ponatur. Cui quidem dicto illa quaestio iure videtur opponi: Omnis diffinitio debet declarare rem quam diffinitio concludit eamque aptiorem reddere quam suo nomine monstrabitur. Ex notioribus igitur fieri oportet diffinitionem quam res illa quidem sit quae diffinitur. Cum igitur speciei per nomen diffiniret vel describeret genus, abusus est vocabulo speciei velut notiore quam generis, atque ita ex notioribus descripsit genus. Nunc vero cum vellet speciem termino descriptionis includere, generis utitur nomine rerumque convertit notionem, ut in generis descriptione quidem sit notius speciei vocabulum, in speciei autem descriptione fit notius genus, quod fieri nequit. Si enim generis vocabulum notius est quam speciei, in diffinitione generis notius speciei nomine uti non debuit. Quod si speciei nomen facilius intelligitur quam generis, in diffinitione speciei nomen generis non fuit apponendum. Cui quaestioni occurrit dicens: ⸿Posse autem oportet, quoniam et genus alicuius est genus et species alicuius est species, idcirco necesse in utrorumque rationibus utrisque uti. ⸿Omnia quaecumque ad aliquid praedicantur ex his de quibus praedicantur substantiam sortiuntur. Quod si diffinitio uniuscuiusque substantiae proprietatem debet ostendere, iure ex alterutro fit descriptio his quae ad invicem referuntur. Ergo quoniam species generis est genus et substantiam suam ex vocabulo generis a specie sumit, in diffinitione generis speciei nomen est advocandum. Quoniam vero species id quod est sumit ex genere, nomen generis in speciei descriptione non fuit relinquendum. ⸿Quoniam vero diversae specierum qualitates — aliae enim sunt species quae et genera esse possunt, aliae quae in sola speciei permanent proprietate neque in naturam generis transeunt — idcirco multiplicem speciei diffinitionem dedit dicens: Assignant autem et sic speciem: species est quod ponitur sub genere, et de qua genus in eo quod quid sit praedicatur. Amplius autem sic

q̊q; ſpeſ· ē· q· depluribꝫ acdifferentibꝫ nūo ineo q·q̄d ſit p̄dicat̃· Sed hq̄ q̄dē aſſignatio ſp̄aliſſima
eſt· 7 que ſolū ſp̄eſ· ē· Alieno ẽr ẽt nō ſp̄aliſſimarū· Tribꝫ ſp̄em diffinitioībꝫ informauit· Quarū
q̄dē due omī ſp̄ei conueniunt· Omīſq; ſp̄eſ que quolibet m̊ ſp̄eſ appellant̃ ſua concluſioē detmi
nant· Tertia uō non ita· Cū eñī due ſint ſp̄eꝝ forme· una q̄dē cū ſp̄eſ alicui ſit· aliquando etiā
alti⁹ geñ eē pōt alta cū tantū ſp̄eſ· ē· neq; in formā gn̄iſ tranſit· Priores q̄dē due illa ſcilic 7
in qua q̄dē dictū· ē· id eē ſp̄em q̄ ſub gn̄e ponit̃· Et rurſus in qua dictū· ē· id eē ſp̄em de qua
genuſ p̄dicat̃ in eo q·q̄d ſit· omī ſp̄ei conueniunt· Idē nī tantū hec diffinitioēſ monſtrant· q̄d
ſub gn̄e ponit̃· Iā 7 ea que dic̃ id eē ſp̄em q· ſub gn̄e ponit̃· eā uim ſig̃ficat ſp̄ei q̄ refert̃ ad
genuſ· Et ea q̄ dic̃ id eē ſp̄em de qua geñ in eo q· q̄d ſit p̄dicat̃· eā rurſuſ ſig̃ficat ſp̄ei formā
quā retineat ex gn̄iſ p̄dicatioē· Idē· ē· aūt· 7 ſupponi ſub gn̄e· 7 de eo p̄dicari geñ· ſic idē· ē· ſup
poni gn̄i· 7 ei genuſ ꝑponi· Quā ſi omīſ ſp̄eſ ſub gn̄e collocatur· manifeſtū· ē· omnē ſp̄em h ambitu
deſcriptioīſ includi· Sed tertia diffinitio de ea tantū ſp̄e loq̃t q̄ nūquā geñ q̄ue ſolū ſp̄eſ reſtat·
hec aūt ſp̄eſ ea ē· que de differentibꝫ ſp̄e minime p̄dicat̃· Nā ſi ud ht̃ geñ pluſ a ſp̄e q· de differentibꝫ
ſp̄e p̄dicat̃· ſi qua ſp̄eſ p̄dicet̃ q̄dē de ſubiectiſ· ſed ñ de ſp̄e differentibꝫ· ea tantū erit ſupioriſ gn̄iſ
ſp̄eſ· Subiectoꝝ uō nō erit geñ· Igit̃ p̄dicatio ea quā ſp̄eſ ht̃ ad ſubiecta· ſi talis ſit· ut de differen
tibꝫ ſp̄e ñ p̄dicet̃· diſtinguit eā ab hiſ ſp̄eb; que gn̄a eē poſſ̃· 7 monſtrat eā ſolū ſp̄em eē nec gn̄iſ p̄dica
tione tene̅· Illa g̃ tertia deſcriptio ſp̄ei· q̄ magiſ ſp̄eſ· ac ſp̄aliſſima dr̃· diffinit̃ h modo· Sp̄eſ eſt
q· de pluribꝫ nūo differentibꝫ in eo q· q̄d ſit p̄dicat̃ ut hō· Predicat̃ eñī de cicerone· ac demoſtene·
ӕ ceteriſ qui a ſe ut dictū· ē· ñ ſp̄e ſed nūo diſ‿crepant· Ex tribꝫ g̃ diffinitioībꝫ duabꝫ q̄dē ӕ
ſp̄aliſſimaſ· ӕ ñ ſp̄aliſſimaſ ſp̄eſ claudit· uō q̄ ut ſubalt̃na· hac aūt tertia· ſolā ultimā ſp̄em
claudit· Ut aūt id aptiuſ liqueat rē paulo altiuſ ordit̃ eāq; congruiſ illuſtrat exēpliſ· Planū
aūt erit q· dr̃ h modo· uno quoq; p̄dicam̄to ſint quedā gn̄aliſſima· 7 rurſuſ alia ſp̄aliſſima·
Eſt aūt gn̄aliſſimū q̄dē ultra q· nullū aliud ſit ſupueniens geñ· Sp̄aliſſima aūt poſt quā nō
erit alia inferior ſp̄eſ· Int̃ gn̄aliſſimū aūt 7 ſp̄aliſſimū· gn̄a· 7 ſp̄eſ ſ̃· Eadē q̄dē ad aliud· 7 ad
aliud ſup̄ta· Quantū ad ſupiora ſumunt̃· ut ſp̄eſ· quantū ad inferiora ſumunt̃ ut gn̄a· Ut
corp̄ ſp̄eſ q̄dē ſubē· geñ aīati corporiſ· ſic de reliqſ· Sit aūt in uno q̊q; p̄dicam̄to manifeſtū
q· dr̃· Subā ē· q̄ddā· ӕ ipſa· ē· gn̄iſ· Sub hac aūt ē corp̄· ſub corpore ů aīatū corp̄· ſub q̊ aāl·
Sub aāli uō· rationale aāl· ſub quo hō· Sub hoīe ů ſocrateſ· 7 plato· q̄ſ particulareſ hoīeſ· S 7
eoꝝ ſuba q̄dē gn̄aliſſima· ē· 7 q· geñ ſit ſolū· hō uō ſp̄aliſſimū· 7 q· ſp̄eſ ſolū ſit· Corpꝰ ů ſp̄eſ
q̄dē ſubē· geñ uō corporiſ aīati· 7 aīatū corp̄· ſp̄eſ q̄dē· ē· corpoiſ· geñ uō aāliſ· Aāl aūt ſp̄eſ q̄dē
ē corporiſ· geñ uō aāliſ· Aāl aūt ſp̄eſ q̄dē· ē· corpiſ aīati· geñ uō rational aāliſ· Et rationa
le aāl ſp̄eſ q̄dē aāliſ· geñ uō hoīſ· hō uō ſp̄eſ q̄dē· ē· aāliſ· ñ aūt etiā geñ particularium hoī
nū· ſed ſolū ſp̄eſ· Et omē q· ante induidua ꝓximū· ē· ſolū ſp̄eſ· ē· ñ etiā geñ· Predixi
m̊ ab ariſtotile decē p̄dicam̄ta eē diſpoſita· q̄ ideo p̄dicam̄ta uocauerat q̄m decētiſ oībꝫ
p̄dicant̃· Qd q̄d uō de alio p̄dicat̃· ſi ñ pōt p̄dicatio conuerti· maior ē· reſ illa q̄ p̄dicatur
ab ea de qua p̄dicat̃· Itaq; h p̄dicam̄ta maxima rerū omīū q̄m de oībꝫ p̄dicant̃ oſtendiſ·
In uno quoq; g̃ p̄dicam̄toꝝ quedā gn̄aliſſima gn̄a ſ̃· 7 eſt longa ſp̄eꝝ ſerieſ· atq; a maximiſ
decurſuſ ad minima· Et illa q̄dē de que decētiſ p̄dicant̃ ut gn̄a neq; ulliſ aliuſ ſuppo
nunt̃ ut ſp̄eſ· gn̄aliſſima gn̄a nuncupant̃· Ideo quia hiſ nullū aliud ſupraponit̃ genus
Infima uō que de nulliſ ſp̄ebꝫ dnr̃· ſp̄aliſſime ſp̄eſ appellant̃· ideo q̄m integrū cuiuſlibet
rei uocabulū illa ſuſcipiunt· que pura inmixtaq; in ea de qua querit̃ ꝓpetate ſ̃ ſtituta

Et quoniam species id quod species est ex eo habet nomen quod ei supponitur generi. ipsa erit simplex species si ita generi sup
ponatur ut nullis aliis differentiis preponatur ut genus. Species enim que sic supponitur alii ut aliis preponatur
non est solum species sed habet quandam generis admixtionem. Illa vero species que ita supponitur generi ut minime
speciebus aliis preponatur. illa solum species simplexque est species et specialissima nuncupantur.
Inter genera ergo que sunt generalissima et species que specialissime sunt in medio sunt quedam que superioribus quidem collocate
species sunt inferioribus vero genera. hec subalterna genera nuncupantur quod ita sunt genera ut alterutrum subalterno collocentur.
Quod ergo genus solum est id dicitur generalissimum genus. Que vero ita sunt genera ut esse species possint ut ita species ut sint ge
nera. nichilominus subalterna genera ut species appellantur. Que vero ita species est ut aliis genus esse non possit. specialis
sima species dicitur. His ergo cognitis summam predicamenti unius exemplo ut ab eo in ceteris quoque predicamentis atque in

(margin: in ceteris speciebus ut in uno:)

·· filo atque ordine quo eveniat possit agnosci. Substantia ergo generalissimum genus est. Hec enim de cunctis aliis pre
dicatur. At primum huius species due sunt. Corporeum et incorporeum. Nam et quod corporeum est substantia dicitur. et item
quod incorporeum substantia predicatur. Sub corporeo vero animatum atque inanimatum corpus ponitur. Sub animato corpore animal
ponitur. Nam si sensibile addicias animato corpori animal facis. Reliqua vero pars idem species continet inani-
matum insensibile corporis genus. Sub animali autem rationale et inrationale. Sub rationali homo atque deus. Nam si
rationali mortale subieceris hominem constituis. si inmortale deum. Deum vero dico corporeum. hunc enim
mundum veteres deum vocabant et iovis eum appellatione dignati sunt. deum quoque solem ceteraque celestia corpora que
animata esse tum plato tum plurimum doctorum chorus arbitratus est. Sub homine vero individui singularesque homines. ut pla
to. cato. cicero. et ceteri quorum numerositas infinita non recipitur. Cuius rei subiecta descriptio sub oculis
ponat exemplum. Superius posita descriptio omnem or dinem a generalissimo usque ad individua predica
tionis ostendit. in qua quidem substantia generalissimum ge[illegible] dicitur. Quoniam preposita est omnibus. nullius ipsa
supponitur. et solum dicitur genus propter eandem scilicet causam. Homo autem species solum quoniam plato. cato et cicero.
quibus est ipsa preposita non differunt a se specie sed numero tantum. Corporeum vero quod secundum a substantia collocatur et
species esse probatur et genus. Subest species generi animati. At vero animatum genus est animalis corporei species. Est enim
animatum genus sensibilis. animatum vero sensibile animal est. Igitur animatum propter proximam differentiam que est sensibile recte
genus dicitur animalis. Animal vero rationalis genus est et rationale mortalis. Cumque rationale mortale nichil
sit aliud nisi homo. rationale sit animalis species. hominis genus. Homo vero ipse. platonis. catonis. ciceronis non erit
ut dictum est genus sed est solum species. Nec solum differentie rationalis species est homo. verum etiam plato
nis. catonis. ciceronis. ceterorumque species appellatur propter diversam scilicet causam. Nam rationalis id
circo est species quoniam rationale per mortale atque immortale dividitur. cum sit homo mortale. Idem
vero homo species est platonis atque ceterorum. Forma vero enim eorum omnium homo erit substantialis atque ultima similitudo.
Est autem communis omnium regula esse species specialissimas que supra sola individua collocantur. ut homo. equus.
corvus. sed non avis. avium vero multe sunt species. Sed hec tantum species esse dicuntur quorum subiecta minora sibi sunt con
similia ut substantialem differentiam habere non possint. Nominum autem hac dispositione priora genera cum inferioribus
coniunguntur. ut posteriores efficiant species. Nam ut sit corpus. substantia cum corporalitate coniungitur.
et est substantia corporea. Corpus item ut sit animatum corporeum atque substantia animato copulatur et est animatum
substantia corporea habens animam. Item ut sit sensibile eidem tria illa superiora iunguntur. Nam quod est sensi
bile tantundem est quantum substantia corporea animata retinens sensum. quod totum animal. Item superiora omnia rati
onali iuncta efficiunt rationale. Postremumque hominem superiora omnia nichilominus terminant substantiam
Est enim homo substantia corporea animata sensibilis rationalis mortalis. Nos vero diffinitione hominis reddimus
dicentes animal rationale mortale in animali scilicet includentes et substantiam et corporeum et animatum
atque sensibile. et in ceteris quidem speciebus atque in generibus adhuc modum terminis genera dividuntur ut species

(margin: hominis definitio tam rationali mortali.)

describuntur. Quemadmodum igitur substantia quae cum suprema sit species post quam non sit alia species inferior.
neque aliquid eorum quae possint dividi sed non solum individuorum. Individuum enim est socrates et plato.
Species erit solum et ultima species et ut dictum specialissima species. Quae vero sunt in medio eorum quidem quae
supra se erunt species. Eorum autem quae ipsis genera. Quare haec quidem habent duas habitudines. Eam quae est
ad superiora secundum quam species ipsorum esse dicuntur. Et eam quae est ad posteriora secundum quam genera ipsorum dicuntur esse.
Extrema vero unam habent habitudinem. Nam idque est generalissimum ad ea quidem quae posteriora se habet
habitudinem cum sit genus omnium. idque est postremum ea vero quae est ad superiora habet cum sit supremum et primum
principium. Specialissima autem unam habet habitudinem quae est ad superiora quorum est species. Eam vero quae est
ad posteriora non habet. Sed et individuorum velut ea continens species dicitur. Sed species quidem individuorum
Tenis intentio sua sit tractare de vocibus cur tractat de rebus. Sol.

Cur dividit hic orationem in x. Questio. Sol.

Cur tractat de equivocis et univocis et denominativis. Sol.

[illegible]

sunt equivoca sed diversa. Fit autem non solum in nominibus sed etiam in verbis equivocatio, ut cum dico complector te et complector artem, in quibus significationibus cum unum nomen sit complector, alia tamen faciendi ratio est, alia patiendi, atque ideo hic quoque equivocatio est. Unum enim nomen quod est complector diversis faciendi et patiendi diffinitionibus terminantur. In prepositionibus quoque et in coniunctionibus frequenter equivocatio reperitur, atque ideo ait: quorum solum nomen commune est. Nomen hic accipiendum est omnis rerum per vocem significatio, id est omne vocabulum, non proprium solum aut appellativum. Et ad illud non tantum nomen pertinet quod casibus inflecti potest, sed ad omnem rerum significationem que rebus imposita vocabula predicamus. Solum autem duobus dicitur modis. Semel cum aliquid unum esse dicimus, ut si dicam solus est mundus, id est unus. Alio vero modo cum dicimus ad quandam divisionem ab altero, ut si dicat quis solam me habere tunicam, id est et non togam, ad divisionem scilicet solius toge. Huiusmodi autem posuit dicens: solum nomen commune est, quasi si voluisset intelligi non etiam diffinitio. Equivoca iunguntur nomine sed diffinitione dissentiunt. Commune quoque multis dicitur modis. Dicitur commune quod in partes dividitur, non est totum commune, ut puteus, fons, ager, sed partes eius proprie singulorum. Dicitur commune quod in partes non dividitur, sed vicissim in usu habentium transit, ut servus vel equus. Dicitur et commune quod utendo fit proprium cuique, post ipsum usum vero in commune remittitur, ut est theatrum. Nam cum eo utor meum est; cum inde discedo in commune remisi. Dicitur quoque commune quod ipsum quidem nullis divisum partibus totum in eodem tempore in singulorum venit, ut vox vel sermo ad multorum aures uno eodemque tempore tota atque integra pervenit. Secundum hanc igitur ultimam communis significationem ait putat equivocis rebus commune esse vocabulum. Namque in homine picto et homine vero totum in utrisque vocabulum dicitur animal. Secundum vero nomen substantie ratio diversa est, si hac significatione permittitur. Ut si aliter reddantur diffinitiones quam secundum nomen, statim tota diffinitio labet ac titubat. At primum de diffinitionis proprietate dicendum est. Ille enim certe diffinitiones sunt que convertuntur, ut si dicas quod est homo animal rationale mortale, verum est; quod enim animal rationale mortale, homo; hoc quoque verum est. At vero si ita quis dicat quod est homo substantia animata sensibilis, verum est; quod substantia animata sensibilis, homo, hoc non in omnibus modis verum est. Ideo quia equus etiam est substantia animata sensibilis, sed homo non est. Ergo illam constat esse diffinitionem integram que converti potest. Sed in his que non de communi nomine sed de uno tantum, ut cum de hominis nomine ratio redditur, tunc de ipso nomine facienda est diffinitio. Sic etiam est recte facienda hominis diffinitio ut sit animal rationale mortale, non substantia animata sensibilis. Hec secundum nomen hominis, illa secundum animal est reddita. Idem etiam in his nominibus que duabus rebus communiter predicantur. Si secundum nomen substantie ratio non reddatur, potest aliquotiens fieri ut ex univocis equivoca sint et ex equivocis univoca constituantur. Namque homo atque equus cum secundum nomen animal univoca sint, possunt esse equivoca si secundum minime nomen diffinitas. Homo namque et equus communi nomine animalia nuncupantur. Si quis igitur hominis reddat diffinitionem dicens animal rationale mortale et equi animal irrationale hinnibile, diversas reddidit diffinitiones et erit res univoce in equivocas permutate. Haud ideo evenit quod diffinitiones non secundum animal nomen reddite sunt, quod eorum commune vocabulum est, sed hominis atque equi. Nam si secundum nomen commune diffinitio redderet, ita fieret: homo est substantia animata sensibilis secundum nomen scilicet animal, et rursus equus est substantia animata sensibilis secundum nomen rursus animal. Secundum id namque animal vocabulum equus atque homo univoce predicantur. Rursus ex equivocis univoca fiunt hoc modo. Si quis Pirrum Achillis filium et Pirrum regem Epirotarum dicat esse univocos, ideo quod uno nomine et Pirri dicuntur et sint animalia rationabilia atque mortalia, hic secundum nomen hominis reddita est diffinitio et de equivocis fecit univoca. Quod si secundum Pirri nomen reddita diffinitionis ratio iungeretur vel a parentibus vel a patria, diversis eos oportet diffinitionibus terminari. Recte igitur additum est secundum nomen, ideo quod si aliter fit facta diffinitio, stabilis esse non potuit et frequenter duceret secum errores. Ratio quoque multimode dicitur. Est enim ratio anime cum qua disserimus aliquid; est ratio computandi; est ratio nature, ipsa nimirum similitudo nascentium. Est ratio que in diffinitionibus vel descriptionibus redditur. Et quoniam generalissima genera genere carent, individua vero nulla subalt

Quot modis dicatur commune

Quot modis dicatur ratio

differentia discrepant. diffinitio vero ex genere et differentia. neque generalissimorum generum neque individuorum ulla potest diffinitio repperiri. Subalternorum vero generum quoniam et differentias habent et genera diffinitiones esse possunt. At vero quorum diffinitiones reddi nequeunt illa tamen descriptionibus terminantur. Descriptio autem est que quaslibet res quadam proprietate designat. Sive ergo diffinitio sit sive descriptio utraque rationem substantie designat. Quare cum substantie rationem dixit et diffinitionis et descriptionis nomine inclusit. ¶ Equivocorum alia sunt casu. alia consilio. Casu ut alexander priami filius. et alexander magnus. Casus enim id agit. ut idem utrique vocabulum poneretur. Consilio vero ea sunt que cunque hominum voluntate sunt posita. Horum autem alia sunt secundum similitudinem ut homo pictus et homo verus. quod nunc utitur a exemplo. alia secundum proportionem ut principium. Nam quod principium est unitas in numero. In lineis punctum est. et hec equivocatio secundum proportionem esse dicitur. Alia vero sunt que ab uno descendunt. Ut medicinale ferramentum. medicinale pigmentum. Ab una enim medicina equivocatio ista descendit. Alia que ad unum referuntur ut si quis dicat salutaris vectatio. Salutaris esca est. hec scilicet ideo fuit equivoca quod ad salutis unum vocabulum referuntur. ¶ Curavit prius de equivocis pro de univocis tractare. ideo quod ipsa .x. predicamenta cum diffinitionis diversas uno predicationis vocabulo nuncupantur. Cuncta enim predicamenta dicuntur. Ipsa vero predicamenta quoniam rerum genera sunt de subiectis rebus univoce predicantur. Omne enim genus de speciebus propriis univoce dicitur. Quare recte primo de omnium predicamentorum communi vocabulo tractat. hoc est quasi velut quemadmodum singula de speciebus propriis predicarentur exponeret. ¶ At si ut dictum est non de rebus sed de nominibus libri huius intentio est. Cur de equivocis et non de equivocatione tractavit. Equivoce namque res sunt. equivocatio vocabulum. Ideo quoniam nomen ipsum nichil retinet equivocationis nisi diverse sint res. de quibus illud vocabulum predicetur. Quare quia a substantia ipsa equivocatio trahitur. de ipsa dignius inchoatum est. Videtur autem esse alius modus equivocationis qui a omnino non recipitur. Nam sic dicitur pes hominis. ita quoque dicitur pes navis. et pes montis que huiusmodi omnia secundum translationem dicuntur. Translatio vero nullius proprietatis est. quare secundum translationem equivoca numquam sunt. nisi propriis et immutabilibus subiecte res vocabulis appellentur. Est autem talis universalis horum inspectio. Neque enim omnis translatio ab equivocatione seiungitur. sed ea tantum cum ad rem habentes positum vocabulum. Ab alia iam nominata re nominis ornandi causa transfertur. ut quia iam dicitur quidam auriga. dicitur et gubernator. si quis ornandi gratia eum qui gubernator est. dicat aurigam non erit auriga nomen equivocum licet diversa id est moderatorem currus et navis significet. Sed quotiens res quidem vocabulo eget. ab alia vero quelibet re vocabulum sumitur. Tunc ita translatio equivocationis retinet proprietatem ut ex homine vivo ad picturam nomen hominis dictum est. et de equivocis hactenus. nunc de univocis pertractemus. ¶ Univoca vero dicuntur quorum et nomen commune est. et secundum nomen eadem substantie ratio. ut animal homo atque bos. Communi enim nomine utraque animalia nuncupantur. et est ratio substantie eadem. Si quis enim assignet utrique rationem quid utrumque sint. quo sint animalia eandem rationem assignabit. ¶ Postquam equivocorum diffinitionem ad univocorum terminum transitum fecit. In quibus nichil aliud discrepat nisi quod equivoca diffinitione disiuncta sunt. Univoca ipso quoque termino coniunguntur. Sed omnia que cunque in equivocorum diffinitione dicta sunt. in his quoque equivocorum assignatione conveniunt. Nam quemadmodum in equivocis secundum nomen equivocorum rerum diffinitio fiebat. ita quoque in univocis secundum nomen substantie ratio assignabitur. Sunt autem univoca aut genera speciebus aut species speciebus et genera speciebus ut animal atque homo. Nam cum sit hominis animal genus dicitur homo animal. Ergo et animal et homo animalia nuncupantur. Secundum quod commune nomen sint utrosque diffinias. dicis animal esse substantiam animatam atque sensibilem. hominem quoque. sed id quod animal est. substantiam animatam atque sensibilem dixeris. nichil in eo falsitatis invenies. Species vero univoce sunt que uno atque eodem genere continentur. ut homo. equus. atque bos. his commune genus est animal. et communi nomine animalia nuncupantur. Ergo secundum nomen unumquodque illis commune est scilicet animal. una illis ratio diffinitionis aptabitur. Cuncta enim substantie animate atque sensibiles. Sed quia posteriorem univocationis significationem a qua species speciebus univoce sunt. ut homo. et bos. que sub eodem genere supposita sunt exemplum

Denominativa vero dicuntur quecunque ab aliquo solo differentia casu secundum nomen habeant appellationem. ut a grammatica

[illegible]

grammaticae et a fortitudine fortis. Haec quoque diffinitio nichil habet obscurum. Casus enim antiqui nominabant aliquas nominum transfigurationes. ut est a iustitia iustus. a fortitudine fortis. et cetera. Haec igitur nominis transfiguratio casus ab antiquioribus uocabatur. atque ideo quotienscumque aliqua res. alia participat. ipsa participatione sicut rem ita quoque nomen adipiscitur ut quidam homo quia iustitia participat. et rem quoque inde trahit et nomen. dicitur enim iustus. Ergo denominatiua uocantur quecumque a principali nomine solo casu. id est sola transfiguratione discrepant. Nam cum sit principale nomen iustitia ab hac transfiguratum nomen iustus efficitur. Ergo illa sunt denominatiua quecumque a principali nomine solo casu. id est sola transfigurationis nominis discrepantia secundum principale nomen habent appellationem. Tria sunt autem necessaria ut denominatiua uocabula constituantur. Prius ut re participet. post ut nomine. Postremo ut sit quaedam nominis transfiguratio. Ut cum aliquis dicitur a fortitudine fortis. Est enim quaedam fortitudo qua fortis ille participet. habet quoque nominis participatione. fortis enim dicitur. et tamen est quaedam transfiguratio. fortis enim et fortitudo non eisdem sillabis terminantur. Si quid uero sit quod rem participet. neque nomine participare potest. Quare quecumque rem non participant. denominatiua esse non possunt. Rursus quae re quidem participat nomine uero minime. ipsa quoque a denominatiuorum natura discreta sunt. Ut si quis cum sit ei uirtus uirtute ipsa participet. Nullo eum alio nomine nisi sapientem uocamus. Sed uirtus et sapientia nomine ipso disiuncta sunt. hic igitur re quidem participat. nomine uero minime. Quare sapiens a uirtute denominatum esse non dicitur. sed a sapientia qua scilicet participat et nomine iungitur. et transfiguratione diuisum est. Rursus si transfiguratio non sit ut quaedam mulier musica participat ipsa quidem musicae disciplinae. et dicitur musica. Haec igitur non sunt denominatiua sed equiuoca. Uno enim nomine et disciplina ipsa et mulier musica dicitur. Quoniam igitur similiter terminatione sillabarum est. et nomen simile et nulla transfiguratio denominatiua esse non poterit. Quare quecumque denominatiuum esse dicitur. illud et re participabit. et nomine. et aliqua transfiguratione uocabuli discrepabit. Haec igitur quae ad praedicamenta necessaria cadunt praemisit. Multiuoca uero et diuersiuoca respuit. quae ad praesentem tractatum utilia non putauit. Breuiter tamen utraque diffinienda sunt. Multiuoca sunt quorum plurima nomina sunt una diffinitio est. ut scutum. clipeus. Hic enim plurima nomina sunt una diffinitio est. et mucro ensis. et tuscato. his enim tot nominibus res una subiecta est. Diuersiuoca sunt. quorum neque nomen idem est. nec eadem diffinitio. ut homo et color. et quecumque omnino a se. et nominis nuncupatione. et rationis diffinitione disiuncta est. Eorum quae dicuntur alia quidem secundum complexionem dicuntur. alia uero sine complexione. Et ea quae secundum complexionem dicuntur. alia sine complexione. ut homo. bos. currit. Postquam de iunctione diffinitionum atque nominum quantum ad praesens detinebat opus sufficienter exposuit. quoniam de primis sermonibus primarum rerum genera significantibus diuisio facienda est. in nomine sed genere discrepantibus. Nec ostendit quid sit sine complexione alicui uocabuli facta prolatio. Sine enim complexione dicuntur quecumque sed simplicem sonum nominis proferunt. ut homo equus. his enim extra nichil adiunctum est. Secundum complexionem uero dicuntur quecumque aut aliqua coniunctione copulantur. ut aut socratem aut platonem. et quecumque secundum aliquod accidens coniungunt. Nam quia in socratem uerbi gratia uenit ambulatio. dicimus socrates ambulat. et est prolatio ista secundum complexionem. idcirco cum dico socrates ambulat. socratem sine complexu ambulatione. Quod autem ait. Eorum quae dicuntur nichil aliud demonstrare uult nisi de primis rerum uocabulis hunc libellum disposuisse tractatum. Rerum enim uocabula sunt quae dicuntur. ipsa enim pronominant. Eorum quae sunt alia de subiecto quodam dicuntur. in subiecto uero nullo sunt. ut homo de subiecto quidem dicitur aliquo homine. in subiecto uero nullo est. Alia autem in subiecto quidem sunt de subiecto autem nullo dicuntur. In subiecto uero esse dico quod cum in aliquo sit. non sicut quaedam pars est. et impossibile est esse sine eo in quo est. ut quaedam grammatica in subiecto quidem est in anima. de subiecto uero nullo dicitur. Et quoddam album in subiecto est corpore. Omnis enim color in corpore est. Alia uero et de subiecto. ut scientia in subiecto quidem est in anima. de subiecto eo dicitur grammatica. Alia uero neque in subiecto sunt. neque de subiecto dicuntur. ut aliquis homo. aliquis equus. Nichil enim horum neque in subiecto est. neque de subiecto dicitur. Hic a sermonum omnium multitudinem in paruissimam collegit diuisionem. Itaque quae rerum uocabula in x praedicamenta distribuunt maior hac diuisione non potest inueniri. Nichil est potest

de denominatiua re et nomine. et transfiguratione participare.

cur tractat de equiuocis et uniuocis. et denominatiuis. et de multiuocis et diuersiuocis.

quod huic divisioni undecimum queat adici. Omnis enim res aut substantia est aut quantitas aut qualitas aut ad aliquid aut facere aut pati aut quando aut ubi aut habere aut iacere. Quo etiam totidem sunt et sermones qui ista significent. Et haec est maxima divisio cui nihil ultra possit adiungi. Parvissima vero est quae fit inter quattuor: in substantia et accidens, aut universale aut particulare. Sicut ergo decem superioribus nihil addi potuit, ita ex his quattuor nihil demi potest. Nam neque minor ulla divisio his quattuor fieri potest nec maior quam si denario limite praedicamenta claudantur. Cur autem in his quattuor divisio facta est paucis exponam. Prima quidem est rerum omnium divisio in substantia atque accidens. Sed quoniam substantia proferri non potest nisi aut universaliter aut particulariter intelligatur. Nam cum dico homo, rem dixi universalem, ideo quia nomen hoc de multis individuis praedicatur. Cum vero dico Socrates vel Plato, rem dixi particularem, et iste Socrates de nullo subiecto dicitur. Et accidens quoque eodem modo. Nam cum dixero scientiam, rem protuli universalem, ideo quia scientia et de grammatica et de rhetorica et de aliis subpositis praedicatur. Si vero dixero Platonis scientiam, quoniam omne accidens quod in individua venit individuum fit, particularem scientiam dico. Namque Platonis scientia sicut ipse Plato particularis est. Igitur quoniam neque substantia neque accidens ullo modo proferri potest nisi in suo nomine aut universalitatis sui aut particularitatis includitur, recte in quattuor divisio facta est, ut sit omnis res aut substantia aut accidens, et horum aut universalia aut particularia. Ex his ergo quattuor fiunt quattuor complexiones. Nam cum venit in substantia universalitatem, fit universalis substantia, ut est homo vel animal. Universale autem est quod aptum de pluribus est praedicari. Particulare vero quod de nullo subiecto praedicatur. Ergo est una complexio universalitatis et substantiae, ut sit substantia universalis. Si vero particularis substantiae copuletur, fit substantia particularis, ut est Socrates vel Plato et quicquid in substantiis individuum reperitur. At cum miscetur universalitas accidenti, fit accidens universale, ut scientia, quae universaliter accidens, et praeter animam cui accidit esse non possit, tamen universale est, quod de subiecta grammatica vel aliis speciebus praedicari potest. Cum vero particularitatem accidenti coniungitur, fit accidens particulare, ut Platonis vel Aristotelis scientia. Fiunt enim quattuor complexiones: substantia universalis, substantia particularis, accidens universale, accidens particulare. Ut autem accidens in substantiae naturam transeat vel substantia in accidentis nullo modo fieri potest. Et accidens quidem evenit in substantia non ut sit substantia. Neque enim quoniam color qui est accidens venit in substantiam, ideo iam color substantia est, nec quoniam substantia suscipit colorem, ideo color substantia sit. Quare neque substantia in accidentis neque accidens in substantiae naturam transit. At vero nec particularitas nec universalitas in se transeunt. Nam universalitas potest de particularitate praedicari, ut animal de Socrate vel Platone, et particularitas suscipiet universalitatis praedicationem, sed non ut universalitas sit particularitas, nec rursus quod particulare est universalitas fiet. Ergo quattuor complexiones, id est universalem substantiam, universale accidens, particularem substantiam, particulare accidens, disponere cupiens, non eorum nomina sed descriptiones apposuit. Et quoniam generalissimorum generum diffinitiones non poterat invenire, descriptionibus usus est hic, substantiam esse dicens quod in subiecto non esset, accidens vero quod in subiecto esset. Omne namque accidens in aliquo est, ut color in corpore et scientia in anima, et subiectam habet substantiam omne accidens. Si quis enim substantiam tollat, accidens non erit. Quare substantia locus est ubi valeat accidentis natura consistere. Ipsa vero substantia per se constat atque ideo dicitur substantia, nec ullo subiecto alio nititur, sed cunctis ipsa subiecta est. Alioquin si substantia in ullo subiecto esse posset, esset accidens. Quod si substantia esset in aliquo subiecto, continuo fieret accidens. Sed substantia accidens esse non potest, sicut superius docuimus. Quare quoniam accidens in subiecto est, substantia in subiecto non est. Sed universalitatis vero descriptio est de subiecto praedicari. Omnis namque universalitas de subiectis particularibus praedicatur. Nam quoniam universale est animal vel homo, praedicatur de Socrate vel Platone. Dicitur enim Socrates animal atque homo. Et quoniam universale est accidens scientia, dicitur de subiecta grammatica. Grammatica enim scientia est. Particularitas vero, quoniam ipsa est rerum ultima et nihil est illi subiectum, de nullo subiecto praedicatur. Nam quoniam universalitas de subiecto dicitur, particularitas vero universalitas non est, particularitas de subiecto non praedicabitur. Ubi enim res discrepant, et diffinitio discrepabit. Ita quoque in his. Nam quoniam discrepant substantia et accidens, diffinitiones quoque eorum discrepabunt. Ut quoniam est

Omne enim accidens in subiecto est et quicquid in subiecto est illud est accidens.

accidens in subiecto erit, substantia non in subiecto. Et quoniam universalitas de subiecto praedicatur, particularitas ab universalitate discrepat, de subiecto non praedicatur. Has igitur huiusmodi descriptiones ita permiscuit dicens: Eorum quae sunt alia de subiecto quodam dicuntur, in subiecto vero nullo sunt. Volens scilicet universalem substantiam demonstrare. Per hanc enim quod dixit de subiecto dicuntur universale est. Quod vero ait in subiecto nullo sunt substantia est. Ergo quod ait quaedam de subiecto dici, in subiecto vero nullo esse, universalem substantiam demonstrare contendit. Ut enim superius dictum est, quod de subiecto dicitur universale est, quod in subiecto nullo est substantia. Haec iuncta, id est de subiecto quodam dici et in subiecto nullo esse, universalem substantiam monstrat. Post universalem substantiam particulare accidens posuit dicens: Alia autem in subiecto quidem sunt, de subiecto autem nullo dicuntur. Nam quod ait in subiecto sunt, accidens demonstrat; quod vero addidit de subiecto autem nullo dicuntur, particulare. Accidens enim in subiecto est, particularitas de nullo subiecto praedicatur. Ergo quaecumque res ipsa in subiecto est, si de nullo subiecto praedicatur, accidens est particulare. Ut est quaedam grammatica vel Aristarchi vel alicuius individui hominis grammatica. Illa enim quae individui hominis est, ipsa vero facta est individua et particularis. Ergo quoniam quaedam grammatica in anima est, accidens est, et quoniam de nullo subiecto praedicatur, particularis est. Quemadmodum enim ipse Aristarchus de nullo subiecto dicitur, ita quoque eius grammatica de nullo subiecto praedicatur. Non autem dicitur quod ipsa grammatica ut grammatica particularis est, sed quod quaedam grammatica, id est alicuius hominis individui grammatica, quam scilicet homo particularis in anima propria retinet cognitione. Et quoniam incorporale accidens posuit quod animae accideret, id est grammaticam quae esset in anima, ponit aliud quoque exemplum corporale. Ait enim: Et quoddam album in subiecto est corpore. Omnis enim color in corpore est. Hic quoque non omne album dicit esse particulare, sed quod in individuum corpus album venerit. Probatur quoque particulare album in subiecto esse hoc modo. Nam color qui genus est albi vel cuiusdam albi in corpore est et est in subiecto. Quare cuius genus in subiecto est, ipsum quoque in subiecto est. Omnes enim species ut individua propria genera continent et eidem habent naturam. Quoniam vero esse aliquid in aliquo multis dicitur modis,

quot modis dicatur aliquid esse in alio

quod velit Aristoteles in subiecto esse ostendendum paucis absolvam. Dicitur enim esse in aliquo novem modis. Dicimus namque esse aliquid in loco, ut in foro vel in theatro. Dicimus quoque esse ut aliquid in aliquo vase, ut triticum in modio. Dicitur enim esse in aliquo velut pars in toto, ut manus in corpore. Dicitur esse in aliquo velut in partibus totum, ut corpus in omnibus suis partibus. Rursus velut in genere species, ut in animali homo, vel rursum in speciebus genus. Dicimus quoque esse aliquid in aliquo velut aliquid in fine esse, ut quoniam bonae vitae finis beatitudo est, si quis sit in fine beatitudinis est scilicet bonae vitae. Dicimus quoque esse in aliquo ut in quolibet potente, ut in imperatore esse regimen civitatis. Dicimus quoque velut forma in materia, ut similitudinem Achillis in aere.

vel in marmore

Novem igitur modis in aliquo esse dicitur: ut in loco, ut in vase, ut pars in toto, ut totum in partibus, ut in genere species, ut in speciebus genus, ut in fine, ut in imperatore, ut in materia forma. Horum novem igitur ista sola commemorat, sed duo in unum iuncta, aliud separatum. Ait enim: in subiecto autem esse dico quod cum in aliquo sit, non sicut quaedam pars, impossibile esse est sine eo in quo est. Sensus enim talis est: hinc quod dico esse accidens quod insit in subiecto, id est quod ita sit in alio ut pars eius non sit, et sine aliquo subiecto esse non possit. Ut verbi gratia color cum est in corpore nulla pars corporis est, et si color a corpore separatur color nusquam est. Omnis enim color in solo corpore est. Ergo illud est accidens quod semper in subiecto est alio, ut ei pars non sit, et cum ab eo in quo est separatur ad nihilum redigatur, et ipse sine alterius subiecto esse non possit. Quod autem ait ut non sit sicut aliqua pars, ab ea scilicet significatione in aliquo consistendi dividere voluit secundum quas partes in toto esse dicimus. Non enim tale est subiectum ut ei accidens pars sit. Quod vero dixit impossibile est esse sine eo in quo est, ab ea scilicet significatione diiungit qua est aliquid in vase vel in loco. Quod enim in loco vel in vase est, vel loco poterit separari, ut triticum quod in modio est potest a modio segregari, et homo a theatro discedere. Accidens vero ab eo in quo est segregari non potest. Quare solas tres posuit significationes, id est secundum quas in vase vel in loco dicitur esse, et secundum quam pars in toto esse. Sed ut in vase et in loco una sententia distribuit dicens impossibile esse sine eo in quo est. Sed fortasse quis dicat non esse diffinitionem veram. Illa esse in subiecto quae sic sunt in alio ut non sint partes et sine eo in quo sunt esse non possunt.

Socrates eñ ł hō qlibet cū accidens ñ sit tam̄ sep̄ in loco ē. 7 sine loco ēē ñ pōt. Q̃b; responden Q̃s.
dū. q socratē loca pot̃t p̄mutare. 7 ēē p̄ter locū in quo fuit. 7 postremo si intelligentia capiam̄ p Sol.
se subsistit. Accidentia uō p se ipsa ñ constant. Sed si q̃s h̃ q̃q; obiciat posse locū accidentia p̄muta q̃s.
re. malū nāq; si manu teneat̃. manū mali odore cōplet̃. id ō ut odor q ē accidens in aliud subiectū
transire pōt. S; n̄h̃ a q̃m mutare accidens locū ñ pōt. nec ita dix̄ impossibile ē ēē sine eo in quo Sol
erat. sed sine eo in q̊ ē. h̃ aūt sig̃ficat mutare q̊dē posse locū. sed sine aliq̊ subiecto ñ posse subsistē.
Q̃ r̄ recta ē atq; integra diffinitio ei q in subto ē. q ita fit in alto ñ sic quedā pars. 7 impossibile sit
ēē sine eo in q̊ ē. Sc̃d aūt illā sig̃ficationē dictū ē. sc̃d in quā forma in maĩa ēē dicim̄. Nāq; for
ma si in maĩa ñ sit p se ipsā nulla ratiōe consistit. Postquā ḡ particulare accidens q̊d ēēt ostendit. dicens q in subto ē 7 de subto ñ p̄dicat̃. 7 in subto ēxistenti rei diffōem reddidit
dicens q cū in aliq̊ sit ñ sic quedā pars impossibile ē ēē sine eo in quo ē. ad uniũsale accidens con
tinenti disputatiōe reu̇tit̃. q diffinit h̃ modo. Nāq; p̃t ei rei q̃ in subto ē diffinitionē. 7 p partı
cularis accidentis exēpla. ad uniũsale accidens transitū fec̃ in genr̃alia ēē q̃ in subto s̃. 7 de subto
p̄dnr̃. q̊d scilicet accidens uniũsale sig̃ficat. Nā q̃m de subto dr̃. uniũsale ē. Q̃m in subto ē ac
cidens est. In subto ḡ ēē 7 de subto p̄dicari uniũsale monstrat. H̃ q̃q; cōplexiōis cuenientia p po
nit exēpla. aīt eñ scientiā in subto ēē aīā. Nā nisi sit aīā in qua sit. scientia nulla ē. Ideo ḡ sci
entia acc̃ ē aīe. Nā ea q s̄ in aīāta nich̃ sciunt. hic seq̄t̃ subē particularis p̄ō quā sc̃d h; ita de
clarat q neq; in subto sit neq; de subto p̄dicet̃. Nā q in subto ñ ē. suba ē. q de subto ñ p̄dr̃ parti
cularitas. utreq; ḡ res de subto ñ p̄dicari 7 in subto ñ ēē suba particularis ē. Res ḡ. nūc cū p aco
plexiōe ñ sc̃d ip̄a nōia. sed sc̃d p̄p̄as ratiōes. diffinitiōes q; contexunt. Nā p suba uniũsali posuit
q in subto ñ ē. & de subto p̄dicat̃. p accidenti particulari dix̄ q in subto ē. 7 de subto ñ predicat̃. ac
cidens uō uniũsale p h̃ designauit q aīt. q in subto ē. & de subto p̄dr̃. Pro particulari suba it̃ posu
it q neq; in subto ē. neq; de subto p̄dicat̃. ⸿ Siplicit̃ aūt q̃ s̄ indiuidua 7 nūo singularia de nullo dnr̃.
In subto aūt nichil p̄hibet ea ēē. Quedā eñ gramatica in subto ē. ⸿ Oīs particularitas aut suba
erit aut accidens. Nā cū dico socratē. indiuiduā 7 particularē sig̃ficaui subām. Cū uō dico quandā
gramaticā indiuiduū 7 particulare accidens dixi. Indiuidua aūt sunt q̃ neq; in alias sp̄es diuidi
pos̄. neq; in alia indiuidua. Nā queadmodū aāl diuidit̃ in sp̄es. hōem atq; equū. hō aūt in singlos
hōies. i. in socratē 7 platonē. 7 cet̃os. Sic plato 7 socratē ñ diuidit̃ in alios. atq; h̃ idē de accidentib;
dici conueñ. Nā queadmodū scientia diuidit̃ in sp̄es. gramaticā. 7 rethoricā. gramatica ũ ipsa
in particulares gramaticā quā sc̃d h; particularē hōies nor̃. Sic ipsa particularis gramatica in par
ticulares alias secat̃. Ergo indiuiduas q̃cūq; nūo s̄ singlaria. 7 in nullas alias multitudines sc̃dm
sp̄es ł sc̃d indiuidua diuidunt̃. Om̄e nāq; indiuiduū q̃m particulare ē de subto ñ p̄dr̃ aut suba ē. ñ p̄dicabit̃. om̄e aūt quod de subto
ut plato. aut accidens ut q̊dā gramatica. Ergo ex his particularib; sc̃d h; suba. atq; accidenti q̃ de
subto ñ p̄dnr̃. suba q̊dē nec in subto ē. Accidens uō in subto ē. Ita illa indiuidua q̃ subē s̄ in subto ēē
ñ poter̃. Alia uō indiuidua q̃ sc̃dm accidentis naĩam dnr̃ illa in subto ēē nich̃ p̄hibet. atq; h̃ ē q aīt.
⸿ Siplicit̃ aūt q̃ s̄ indiuidua 7 nūo singlaria de subto nullo dnr̃. In subto aūt ea nichil p̄hibet ea ēē.
Quedā eñ gramatica in subto ē. h̃ eñ maluit demonstrare 7 accidentib; 7 subtis particularib;
h̃ ēē cōe q de subto ñ predicant̃. h̃ eñ dix̄. Simplicit̃ aūt q̃ s̄ indiuidua 7 nūo singlaria de nullo subto dnr̃.
Subaudiendo scilicet siue subē sint siue accidentia. S; ñ oīa indiuidua ñ s̄ in subto. Indiuidua eñ ac
cidentia in subto ēē nich̃ p̄hibet. Quedā eñ gramatica cū sit indiuidua 7 de subto ñ p̄dicitur. Tan
tū in subto ē i. ī aīā. S; ut congregati dr̃ sensus huiuōi est. Omīa q̊dē q̃cūq; s̄ indiuidua de subto
q̊dē nullo dnr̃. S; quedā ñ s̄ in subto. Nā cū particularis suba in subto ñ sit ut plato. particulare
S; ñ oīa ñ s̄ in subto.

tam accidens in subto e. ut q da gramatica in aa e. Illud qq; magna attentioe notandu q sit huius [ordo] positi. Na cu iiii sint facte coplexioes ex quattuor reb; quaru due nata discrepant. ut suba 7 accidens. due quantitate. ut particularitas 7 uniusalitas. coniunctis. copositisq; his iiii oib; dissentiente latib; copositione fac. Posuit em p[ri]mu uniusale subam dicens q in subto n e. 7 de subto dr. Post hac dispositione toti discrepante reb; re subdidit. i. accidens. particulare q in subto ee t. 7 de subto n pdicaret. Na cu accidens dr a suba discrepat. q particulare addit ab uniusali dis iunx. Rursus ex alio late disposuit indiuisioe accidens uniusale. dics q in subto e 7 de subto p dicat. Et in ultimo subam particulare ee ria supiori accidenti dics. q neq; in subto e. neq; de subto pdr. sub e accidens. uniuersalitati particularitate opponens. Sed ut planius qd dms fiat figam de scriptioneq; subiecim. In qua supius latus sube accidentisq; notauim. Reliqui particularitatis et uniuersalitatis titulo inscpsim. aristotelica coplexione angl[ari]t 7 p lata designante. Quando al tm de alto pdicat. Usq; cu supius debu q in subto s. Seu de accidentib; loqueretur diffinitione con stitute in subto rei 7 p[re]t subtu nullom pmanentis in media te[m]tatioe disposuit dics. Illud ee in subto q neq; pars ee t alicui. nec sine subto posset ullom pmane. Patefacto g qd sit ee in subto. ne qd sit pdicari de subto declarat. Duob; eni modis pdicatioes fiut. Uno scd accidens. alio de subto. de hoie na q pdr albu. dr eni alb; ho. Rursus de eode pdr aal. dr eni ho aal. Sed illa p[ri]or pdicatio q e. ho alb; scd accidens e. Itaq; accidens q e alb; de subto hoe pdr. s; n in eo q qd sit. Na cu albu sit accidens. ho suba. accidens de suba in eo q qd sit pdicari n pot. Ergo ista pdicatio scd accidens dr. De subto uo pdicari e. quotiens alta res de alta in ipsa suba pdr. Ut aal de hoie. Na qm 7 aal suba e. 7 gns e hois. ideo in eo q qd sit de hoie pdr. Que illa sola de subto pdicari dnr. q cuq; in cuilibet rei suba 7 diffinitioe ponunt. Ergo quotienscuq; huiusmoi fuit pdicatio ut altm de alto ut de subto pdr. i. ut de ei pdr suba. ut aal de hoie. hac p[ro]petate inuenire nece e. ut si de eo q pdr q[ua]ppia ut de subto ide in ei suba pdicet. Necessario h ide q de pdicato dr. dr et de pdicati subto. ut ho pdicat q de de socrate in eo q qd sit. Interroganti eni qd sit socrates. ho e respondet. At uo de ipso hoie in eo q qd sit. aal dr. In suba eni hois aal pdr. Ergo qm ista e consequtia. 7 aal de socrate in eo q qd sit pdicari. Pot eni dici interrogantib; qd e socrates. aal. Ergo manifestu e. q si qua res de alia ut de subto pdicet. ut ho de socrate. de eade uo re [socrate] q pred[ica]t scd 7 alia rursus supior ut de subto pdicet. ut aal de hoie necesse erit hac eande de subto ei de quo ipsu dr pdicari. Ut aal de socrate. Socrates naq; subiect e hoi. De q hoie aal pdr. Ergo constat huiusmoi diffinitio q dic. quotiens altm de alto [pdr] ut de subto. si q[ui]d de eo [sit q;] q pdr in eo q qd sit dici possit. h ide ipsu de eo q p[ri]us erat subiectu possit pdicari. Sed fortasse qs dicat minime uniuse q dictu e. Na cu ho de subto [socrate ut de] pdicet. Socrates eni ho e. de hoie u spes. ho em spes e. Socra tes eni spes ee n dr. Et rursus cu aal de hoie pdicet. de aali uo gen. aal em gen e. ho gnis uocabulo caret. Non eni dr ho gns. s; tm spes. his dicendu e. q min[im]e [unt] uertit illa diffinitione ee. de subto pdicationis. que in eo q qd sit unuq; q; oe in ei suba pdicaret. Ne aut spes de hoie n in eo q qd sit p dr. Neq; eni si qs hois diffinitione reddat. spem noiabit. s; designatiuu nom e tn utru de plurib; spe differentib; pdicet. h nom q e ho. an certe de sol tantu indiuiduis. Na qm de indiui duis sol ho pdr. ideo spes dr. Et qm de spe differentib; aal dicit. ideo aal gen uocam. Et s quoda modo nouum noa. Qr. Neq; gns de aali. neq; spes de hoie in eo q qd sit pdr. s; tantu designatiua s illa qm ho. et aal de subiectis ut dictu e p[ri]us pdicent. Ergo n est mirandu si socrates n dr spes aut ho gen s[ed] ia de eoru subtu. que de subto dnr. ei pdicari q de subto n dr. pdicatio puenire n pot. Diuersoru gnum. 7 n subalternatim positoru. Usq; cum ml[t]is modis gen[us] dicat. solu q no tractari

dispositioem

55



atq; ita fit ut aal d[icatur] de hoe. ho u de so crate in eo q qd sit ut de sub iecto pdi cent.

55

conuenit assumam. Dicitur enim genus quod de pluribus specie differentibus in eo quod sit predicetur. ut animal predicatur de homine et de equo et de cane. que omnia specie a se discreta sunt. Species uero quod de pluribus numero differentibus in eo quod sit predicatur. ut homo predicatur de socrate et platone. uirgilio cicerone et de singulis hominibus qui specie non differunt. sed tantum a se numero distant. Differentia est que sub eodem genere positas species propria qualitate determinat. Nam cum homo et equus quantum ad genus unum sit. utraque enim animal est. differentia rationalis et irrationalis utrumque discernunt. Qualitate enim quadam rationabilitatis et irrationabilitatis utraque proprie substantie diffinitione dissentiunt. Ergo est differentia que de pluribus et specie differentibus in eo quod quale sit predicatur. Namque hec ipsa differentia que est irrationabilitas de multis specie differentibus predicatur. ut de cigno uel pisce et equo. Que omnia a se cum ipsa specie dissentiunt irrationabilitatis tamen qualitate coniuncta sunt. Sed non in omnibus differentia de pluribus specie differentibus predicatur. Sunt etiam quedam que non nisi de una specie predicantur ut grauitas de sola terra predicatur. Leuitas de solo igne proprie predicatur. At uero nec species semper de pluribus numero differentibus predicantur. Mundi enim species de uno solo mundo dicitur. et phenicis species de una tantum phenice. Sed idcirco ita diffinita est quia frequentius differentia de pluribus specie differentibus predicatur quam de uno. Eodem modo et species inuenitur frequentius de pluribus numero differentibus predicari quam de una tantum re ac singulari.

His itaque positis sunt quedam genera que generalissima nuncupantur quibus genus inueniri non possit. Sunt species quibus alias subtus nullus inueniet. Sunt utraque aut sunt alia que subalterna genera nominantur. que superiorum quidem species sunt. posteriorum uero genera. ut substantia. Genus quidem est generalissimum ut ei genus inueniri non possit. homo uero species est specialissima. ut ei species alia reperiri non ualeat. Animal uero ad substantiam quidem species. ad hominem uero genus. Decem quidem predicamentorum significatio nichil aliud demonstrat nisi rerum decem genera que generalissima nominamus. Ergo quotiens generalissima genera discrepant. eorum quoque species discrepant. Et quotiens species discrepant differentiis quoque disiunguntur atque informantur. differentie quoque diuersarum specierum discrepabunt. animal namque et scientia quoniam est animal substantia. Scientia uero ad aliquid quoniam quoque genus animalis substantia est et genus scientie ad aliquid omnis substantie a se ratione discreta sunt. Et differentie quoque scientie atque animalis omnibus qualitatibus disiunguntur. Est namque differentia animalis bipes aut quadrupes. animal ab animali alio differt sic quod hic quidem bipes sit. ut homo uel auis. Illud uero quadrupes ut equus atque bos. Illud uero multipes. ut formica uel apes. Scientia differentias huiusmodi non habet. neque enim scientia a scientia differt in eo quod bipes sit. Ergo quia diuersa genera specierum quoque differentias esse discretas necesse est. atque hoc est quod ait. Diuersorum generum et non subalternatim positorum diuersas differentias esse secundum speciem. et hoc ex exemplo dilectione formauit dicens. animalis et scientie differentias esse diuersas. Nam cum sit bipes animalis differentia scientie non est. et hoc quidem de diuersis generibus dictum est. id est que subalternatim genera. Quod si subalterna sunt genera nichil prohibet alias easdem esse differentias. alias diuersas. ut auis est species animalis et rursus est genus corui et subalternum est genus auis. Sed animalis sunt differentie rationalis scilicet et irrationalis. auis uero differentia non est. Nulla enim auis ab alia differt quod sit rationalis. Ergo hoc loco non sunt eedem subalternorum generum differentie. Si quis uero has generis id est animalis differentias dicat. ut animalium alia sunt que pascuntur herbis alia seminibus aliaque carnibus hee differentie conueniunt in subalterno genere scilicet et in aui. Namque alia sunt que seminibus uescuntur aliaque herbis aliaque carnibus. ut uultur uel miluus. Ergo in subalternis generibus nichil prohibet easdem esse differentias et iterum discrepare. haud idcirco euenit quia quod de predicato dicitur possit de subiecto dici. Quare quod dicitur de genere potest et de specie dici. atque hoc est quod ait. Subalternorum uero generum nichil prohibet easdem esse differentias. hoc quodam modo uoluit demonstrare esse quasdam differentias easdem alias uero posse esse diuersas. Cum recte ceteria intulisse uidetur cum dicit. Quecumque differentie predicati fiunt eedem erunt et subiecti. Nam cum ille dixisset nichil prohibet esse easdem differentias subalternorum generum uero alias diuersas. hic omnes easdem esse declarat. Dicit enim. Quecumque enim differentie fiunt predicati easdem erunt et subiecti esse. atque hec res plures maximis alligauit erroribus ut emendandum crederet locum ut non esset ita. quia quecumque predicati differentie fiunt eedem erunt et subiecti. Sed ut hoc modo.

Superiora enim de subalternis generibus predicantur. Sed cum diceret nichil prohibet easdem esse differentias.

Q̄ r̄ q̄cūq; subiecti diffr̄e fuint eedē er̄ p̄dicati. Sed hi abiciendū. neq; em̄ fieri pot̄. ut in r̄e supi
orē p̄dicatio posterioris redundet. Nā cū dr̄ quecūq; subiecti fuint diffr̄e eedē er̄ et p̄dicati. h scilꝫ
sig̃ficat ut p̄dicatio subiecti redeat in p̄dicatū q̄ fieri n̄ pot̄. Sed dicendū q̄ s alię diffr̄ę q̄ dn̄r com
plectiuę p̄dicatię cuilibet illius sp̄em informantes quę cōm̄oē specificę noīant̄. Nā cū dico aātū
7 sensibile si subę coniungant̄. diffinitionē 7 sp̄em mox aāl efficiunt. aāl em̄ subā aāta sensibil.
atq; h eedē diffr̄e dn̄r specifice. 7 complectiuę. Sunt aūt alię quę ip̄s em̄ n̄ cōplent. nec ullā sp̄em
reddunt. Sed g̃n tantū diuidt̄ ut ratiōale 7 irratiōale. h em̄ diuidt̄ gn̄s .i. aāl. aāl em̄ ratio
nali diffr̄a irrationabiliq; diuidit̄. Ergo ille q̄ sunt gn̄is diuisiuę diffr̄e possunt aliquotiens
n̄ h eedē ēē. ut aāl q̄m diuisibil ē. diffr̄a q̄ e rational pot̄ eā n̄ habē auis q̄ est subalternū gen̄.
Et rursus easdē diuisibiles habē pot̄. ut easdē quas supius diximꝰ. Nā cū diuidant aāl diffr̄ę q̄
carnib; erbis seminib; uescunt̄ eedē possunt ēē subalt̄ni gn̄is .i. auis. Ergo oc̄ diuisibiles pōsunt
ēē et diuīsę. Ille uō quę cōplectiuę. oc̄ specificę s aliq̄n non p̄dicarī de subiecto n̄ possunt. ut q̄m aāl
diffas ħt cōpletiuas. oc̄ suę sp̄ei effectiuas. sensibile scilꝫ aātū hę differentię de hoīe q̄ ē subiectū
aāli n̄ p̄dicarī n̄ poss̄. Om̄s em̄ specifice diffe de his p̄dicant̄ quoꝝ sp̄em cōplent. ut de aāli p̄dicant̄
sensibile 7 aātū 7 h de subto. In subā em̄ aāl utq; p̄dn̄r. s aāl p̄dr̄ de hoīe ut de subiecto. h e ii q̄ su
perius p̄misit cū dicet. q̄n alt̄m de alto p̄dr̄ ut de subto q̄cūq; de eo q̄ p̄dicat̄ dn̄r. Om̄ia et de sub
iecto dn̄r. atq; h in oīb; g̃nib; recte constat intelligi. Ergo diuisibiles diffr̄e poss̄ aliq̄n cū sub
iectis ēē coēs. aliq̄n uō diuīse. specificę uō oc̄ cōplectiue cū subiectis coēs n̄ ēē n̄ pōs. Q̄ g̃ .a. att.
Subalt̄noꝝ g̃nm nich̃ p̄hibē easdē diffas. Diffas diuisibiles easdē nich̃ p̄hibē. ēē. disputatū ē.
q̄ poss̄ ēē et diuīsę. Q̄ uō att q̄cūq; p̄dicati diffe fuint eedē er̄ et subti. De specificis intelligē
dū ē quę cū sp̄em cuilibet informet̄. de eo ut de subto p̄dicabunt̄ 7 de eo n̄ p̄dicarī n̄ pōs. Q̄ r̄ m
ch̄ ē in huiusmoī theoreumate q̄ ullo modo debeat emdarī. / Eoꝝ q̄ scdm̄ nullā cōplexionē dn̄r
singulū aūt subam sig̃ficat. aut q. aut Q. aut A. aut U. aut Qn̄. aut Situ. aut F. aut P.
aut h. Est aūt q̄de S. ut fig̃ati dicat̄. ut homo. equus. Q. ut bicubitū. tricubitū. Q. ut albū.
Ad aliq̄d ut duplū. U. ut in loco. Q. ut heri. Situ uō ut sedet. iacet. h. aūt ut calciat̄. armat̄.
F. uō ut secare. urere. P. ut secari. uri. / Post paruissimā in .iiii.or enūatione .i. in subam 7 ac
cidens uniuersalitatē 7 particularitatē. Hc est departitioē maxima tractatus q̄ fit in .x.
hac em̄ enūatioē maior n̄ pot̄ inueniri. Neq; em̄ .xi. p̄dicamta poter̄ inueniri. neultra .x. ullo
modo aliq̄ g̃n recte excogitari pot̄. Q̄ r̄ fac huiusmoī enūationē. s n̄ diuisionē. Diuisionāq; fe
re ē g̃nis in spēs. Predicamtoꝝ uō q̄m g̃n n̄ ħnt diuisio n̄ ēē pot̄. s potius enūatio. Sunt uō q̄dā
q̄ contendt̄ recte enūationē n̄ ēē dispositā. Alii nāq; ut supuacua q̄dā demt̄. Alii ut curta opi ad
dunt. Alii uō p̄mutant. Quos n̄ mirū nec recte sentire. Alio nob̄ ope dicendū ē. Att aūt / Eoꝝ
q̄ scd̄ nullā cōplexionē dn̄r adeo n̄ de reb; s de uocib; tractatus ē. ut dicet dn̄r. Rē em̄ p̄ se n̄
dn̄r. sed uoces. Et q; addidit singulū aut subam sig̃ficat. late patet eū de uocib; disputare.
Non em̄ res. sed uoces sig̃ficant. Res em̄ sig̃ficant̄. Sine cōplexione uō dn̄r. ut dictū ē. q̄cūq;
singli intellectu. 7 uoce p̄ferunt̄. Scd̄ cōplexionē uō q̄cūq; aliq̄ua coniunctioē t accidentis
copulatioē miscent̄. h q̄ ex his q̄ scd̄ nullā cōplexionē dn̄r efficit̄. ipse demonstrat cū dicit. Sin
gula eoꝝ g̃ quę dicta s ipsa q̄dē scd̄ se in nulla affirmatioē dn̄r. hoꝝ aūt ad se inuicē cōplexioē
affirmatio fit. Uidet̄ aūt om̄is affirmatio ul̄ falsa ēē ul̄ ūa. Eoꝝ aūt q̄ scd̄ nullā cōplexionē
dn̄r ēē neq; ūum q̄equā neq; falsū ē. ut hō. albū. currit. / Sig̃ficat g̃ 7 hic ea q̄ sine ulla cōple
xioē dn̄r. affirmatiois uim non obtinere. Si q̄s em̄ dicat hō t albū. t .x. t q̄libet simpliciumꝰ in

Id est ea q̄ informant ut de subiecto p̄dicent̄. Ad q̄cūq; ut de subiecto p̄dr̄ illud q̄ ipse diffe format.

eo neque uerum quicquam inueniet neque falsum. Sed omnis affirmatio uel uera uel falsa est. Igitur uniuersaliter praedicamenta pronuntiat affirmationis ratione penitus carere. Sed haec eadem si quadam complexione coniuncta sint fieri propositionem necesse est, quae in se uerum uel falsum contineat. Sed non omnis complexio propositionem facit. Nec si dixero Socratem in foro, iccirco iam propositio est. Sed si quis dixerit Socrates in foro ambulat, tunc fit propositio quae aut affirmatio est aut negatio. Affirmationes uero et negationes ut uerae uidentur esse uel falsae, atque id quodcumque neque uerum neque falsum est, illud propositio non est. Ergo quadam complexione ex his quae secundum nullam complexionem dicuntur ueritas et falsitas conficitur. Affirmationem autem solam nunc Aristoteles interposuit idcirco quod omnis affirmatio prior est. Hoc enim negatio tollit quod affirmatio ante constituit. Prius uocat affirmationem quae non est genus negationis, sicut quidam existimant, cum utraque sint species enuntiationis. Prius quidem secundum significationem sed non secundum genus, quod illo liquebit loco in secunda expositione perihermenias. Maxime autem monstrat Aristoteles se non de rebus sed de uocibus tractaturum, quod ait: horum autem ad se inuicem complexione affirmatio fit. Non enim rerum complexione fit affirmatio uel negatio, sed sermonum; nec in rebus est ueritas uel falsitas, sed in intellectibus atque opinionibus, post haec in uocibus atque in sermonibus, atque haec actenus. Secundum complexionem uero fiunt quaecumque ex integris composita fiunt, ut Socrates ambulat. Nam et Socrates et ambulat utrumque integer sermo est et coniunctus affirmationem facit. At uero si quis dicat flammiger uel multisonus uel fluctiuagus, secundum complexionem non erit ista prolatio. Idcirco quod ex neutris integris facta est. Horum autem .x. praedicamentorum diffinitiones inueniri non possunt. Idcirco quia quae significant genera generalissima sunt. Substantia enim et quantitas nulli umquam generi uidentur esse subiecta. Et quoniam diffinitio omnis a genere ducitur, genus quod aliquid non sit subiectum ad diffinitionem relinquitur. Sed nunc quidem omnium praedicamentorum conuenientia dixit exempla. Post uero latius de unoquoque tractabit. Et quoniam diffinitio inueniri nulla potest, quibusdam proprietatibus informantur. Nunc quoniam de his dicendum est ad tractatum substantiae transeamus. plene dictum est

DE SUBSTANTIA.

vel quomodolibet aliter ad aliud, ut si dicatur. Omnis relatio aut casibus fit, quod philosophus demonstravit qui ait: Quaecumque id quod sunt aliorum dicuntur aut per casus, quod hac sententia docet, vel quomodolibet aliter ad aliud atque hactenus. Sed cum positio sit ad aliquid, et sunt species eius relativae. Sessio enim et statio relativa sunt. Sedere et stare nulla relatio est. Stare namque et sedere de statione et sessione denominative dicuntur. Omnis namque denominatio non est id quod est ea res de qua ea denominatur, ut grammaticus. Non enim idem est quod grammatica de qua denominatur est. Quocirca si sedere de sessione et stare de statione denominatum est, sessio vel statio relativa sunt. Sedere vero et stare quae relativa sunt relativorum genere non tenentur, et unum saltem quodque ex quibuslibet positionibus denominatur. Illud non ad relativa sed ad praedicationem quae est ubi vel quae sit dicitur reduci potest. Inest autem et contrarietas in relatione. Virtuti enim sit vitio contrarium, utrumque ad aliquid est, et scientia inscientiae. Non autem omnibus relativis inest contrarietas. Duplici enim nihil est contrarium, neque enim triplici, neque ulli talium. Quemadmodum in substantia vel quantitate, sic eorum esse proprium contraria suscipere non invenitur est. Itaque quoque in relativis nunc de contrarietate considerat, utrum relativorum sit proprium contraria posse suscipere. Et quoniam virtus et vitia utraque sunt habitus. Virtus enim est mentis affectio in bonam partem et difficile commutabilis, et vitium affectio in malam partem ipsa quoque difficile mobili diuturnitate perdurans. Quoniam igitur et virtus et vitium habitus sunt. Omnis enim habitus ad aliquid esse monstratus est, habitus enim rei habitus est, erunt et virtus et vitium relativa. Sed haec contraria sunt. Igitur relativa contraria suscipere non recusant. Sed si dicat quis quid causae est ut virtutem atque vitium ipsumque habitum paulo post inter qualitates numeret, atque alia atque alia significatione ut in varies diversis generibus supponatur, nihil prohibet. Socrates namque in eo quod est socrates substantia est. In eo quod est pater et filius ad aliquid. Ita ad aliud atque ad aliud ducta praedicatione eandem rem sub diverso genere poni nihil prohibet. Habitus quoque et virtus et vitium eodem modo est. Potest enim in qualitate poni habitus, quod ex ea quales homines nuncupentur. Habentes enim dicimus aliquos rei habitum retinentes. Virtus quoque qualitas est. Ideo quod ex ea boni homines dicuntur et secundum illam qualitatem, id est secundum bonitatem quales homines, id est bonos homines nuncupamus. Similiter autem et vitium. Ipse quoque habitus ad aliam praedicationem ductus sit iterum relativus. Quod enim habitus rei habitus est ad aliquid est, et quoniam alicuius virtus est ad aliquid est, et quoniam alicuius vitium est ad aliquid quoque ipsum est. Ergo nihil impedit easdem res ad aliud atque aliud versas diversae praedicationi institui. Ipsum vero ad aliquid praeter ullum aliud praedicamentum intelligere non possumus, ut patrem et filium vel servum et dominum secundum substantiam consideramus. Nam et qui dominus et qui servus est substantia est. Duplum enim et triplum secundum quantitatem. Haec enim in quantitate consistunt. Scientiam vero et inscientiam secundum qualitatem. Secundum enim has quales dicimus scientes scilicet atque inscios. Quocirca quoniam praeter aliud praedicamentum per se relativa nullus intelliget, secundum ea praedicamenta de quibus intelligitur relatio, secundum ea contraria dicitur posse suscipere. Ut socrates quidem substantia est, sed substantia quidem non contrarium. Pater vero atque filius secundum substantiam praedicantur. Non enim est pater et filius nisi substantia sit. Quocirca quoniam substantia dicitur contrarietate caret. Rursus duplum vel dimidium secundum quantitatem dicuntur. Quantitas vero contraria non habere manifestum est. Igitur nec duplum atque medium contrariis pugnant. Qualitas vero recipit contrarietatem. Bonum enim vel malum secundum qualitatem opponuntur. Bonum igitur et malum contrariis non caret. Igitur secundum quae praedicamenta relativa dicuntur, si illa suscipiunt contraria et relatio suscipit. Si vero illa prius repudient contrarietatem, nec illud ad aliquid quod secundum ea dicitur ulla umquam contrarietate dividitur. Quare hoc contraria relationis proprium non est. Nam neque in sola relatione est. Hoc enim habet quoque qualitas, nec in omnibus ad aliquid considerari potest. Quae enim secundum alia praedicamenta dicuntur ad aliquid non recipiunt contrarietatem, ut secundum substantiam pater et filius vel secundum quantitatem duplum et medium. In talibus relativis contraria nullo modo reperiuntur. Quod vero neque soli neque omnibus inest, hoc proprium non est. Non est igitur proprium relationis habere contraria. Videntur autem magis et minus suscipere relativa. Usque duplex enim non dicitur magis et minus duplex, nec aliquid talium. Quaeritur nunc an relationis sit proprium suscipere magis et minus. Sed in his illa ratio non servatur quemadmodum in

Quest.

Sol.

habe

certis dictum est quoniam quecumque secundum ea dicuntur que certa non recipiunt ipsa quoque certis carent. In his vero cum
secundum quantitatem dicatur equale et inequale suscipiet magis et minus. Dicitur enim magis equale vel minus equale.
Eodem modo et simile magis simile et minus simile dicitur. Sed forte quis dicat cur cum quantitatis sit dici
equale et inequale et quantitas magis et minus non suscipiat equale et inequale et intentione cre
scat et remissione minuatur. Dicendum est quoniam quemadmodum ipsa substantia per se et in eo quod substantia est non est proprium ip
sius tamen proprium est certa suscipere. Ita et in quantitate consideratur. Proprium enim est non his ipsius cuius est proprium sed quedam
alia extrinsecus qualitas passioque est. Passio enim quantitatis est et quedam qualitas equale et inequale dici
potest. Quomodo ergo non est idem proprium quod est illud cuius est proprium equale et inequale dici non est quantitas cuius est proprium sed quedam
qualitas et passio quantitatis. Hec autem dicuntur ad aliquid. Ipsum enim quod est aliis dicitur equale enim equali equale
dicimus. Similiter simile simili simile. Sed et non capiunt omnia relativa magis et minus. Nullum enim potest dicere magis
et minus duplum esse aliquid. Nam sive denarius ad quinarium comparatur sive quaternarius ad binarium equaliter utrumque
duplus et equaliter utraque medietas est. Qualitas quoque recipit magis et minus. Dicimus enim magis album et minus album. Quare
quoniam neque omni relationi neque soli est suscipere magis et minus et quia propter relationem qualitas suscipiet magis
et minus relationis proprium non est suscipere magis et minus. Omnia autem relativa ad convertentia dicuntur. Usque et
sensus sensibilis sensus et sensibile sensu sensibile. Clara hec est proponentis et non involuta sententia.
Dicit enim omnia relativa ad convertentia dici quod ipse propriis patefecit exemplis. Omne enim ad aliquid ita ad aliquid
predicatur ut illud ad quod predicatur videatur posse converti et hoc est quod ait. Omnia relativa ad convertentia dicuntur. Converti
autem est ut si prima res dicatur ad secundam secunda rursus dicatur ad primam. Ponatur enim primum pater secundus filius. Dicitur hoc
modo pater filii pater est id rursus converti potest ut prius sit filius et talis sit predicatio filius patris filius.
Ergo pater ad talem dicitur id est ad filium qui convertitur et filius qui dicitur ad patrem ad talem redicitur que convertitur ipsa quoque ut
de filio predicetur. Omnia quoque relativa sunt huiusmodi. Omne enim relativum ad tale aliquid predicatur quod ipsum in predicatione converti
possit. Sed nec omnia secundum eandem vocis prolationem. Alia enim sunt que eisdem casibus convertuntur ut dictum est pater enim
filii pater et filius patris filius est. Alia vero que non eisdem ut scientia scibilis rei scientia est. Igitur genitivus est medius.
Scibile enim scientia scibile est hic septimum predicationem retinet. Alia vero ut superdictum est nullo casu con
iuncta sibimet convertuntur ut mons magnus ad parvum dicitur et parvus ad magnum. Ergo omnia rela
tiva ad convertentia dicuntur quamvis non eisdem casibus convertantur quod ipse ait dicens sed casu aliquotiens
differt secundum locutionem quod vero addidit nimis diligenter adiectum est. At vero aliquotiens non videbitur con
verti nisi convenienter ad quod dicitur assignetur. Usque multa enim sunt animalia capita non habentia. Superius iam de re
lativorum confusione proposuit dixitque omne quodcumque est ad aliquid vel eisdem casibus vel dissimilibus tamen ad converten
tia dici. Hoc vero ideo evenit quod omne ad aliquid esse suum ex alterius habitudine et comparatione trahit quod si
utraque secundum ad aliquid sint opposita ad aliquid nuncupantur equaliter vocabuli nuncupationemque sor
tita sunt. Nam et si pater et filius utraque ad aliquid sunt si pater ad filium predicatur quoniam ad aliquid est filius quoque quia
ad aliquid est ad quoddam aliud predicabitur sed nullus est filius nisi patris. Ergo hec vocabula ex alterutra
nuncupatione principium sumunt. Quocirca que sibi invicem substantiam donant recte ad se invicem predicantur.
Et hoc quidem in omnibus relativis constat intelligi. Sed huiusmodi conversio non uno modo nec quomodolibet
fieri potest. Non enim convenienter quelibet illa res ad id ad quod dicitur predicetur huiusmodi conversio nulla ratione
convertitur. Cum enim dicatur caput animalis caput dici non potest animal capitis animal. Ergo ita redditum nulla ratione conver
titur. Atque hoc est quod ait. Non videtur in omnibus relativis posse converti nisi convenienter assignentur ad quod dicuntur.
Si enim peccet is qui assignat ut non convenientem predicationem faciat conversio non procedat. Que tamen est ipsa
convenientia qua possint semper relativa converti huiusmodi est. Cum enim dico alam avis esse alam non convertitur
ut avis ale sit avis. Ideo quod non est convenienter facta predicatio. Non enim in eo quod avis est habet alam. Multa

enĩs que hn̄t alā. aues tam̄ nullom̄ noiant̃. Ut apes s̃ 7 uespe. 7 uespılıę. 7 q̄cq̄d ē aliud tale. ha
be q̄dē dn̄r alas. eas tam̄ aues ēē ñ dn̄s. Q̄r ineo q̄ auis ē. ineo ñ ē ei ala. s; ineo q̄ alata ē. Jdcō
eni̇̃ ala ht̄. q̄m alata ē. Et q̄cq̄d fuit alatū. habebit alas. q̄r ita facta p̄dicatio illā conuersionē
retinet atq; custodit. ala eni̇̃ alati. ala ē. 7 alatū ala alatū ē. Eodēq; modo de capite. siq̄s dicat cap̄
āat̄ ēē caput. ñ conuenient̄ ui p̄dicationis aptabit. Non eni̇̃ ineo q̄ āal ē ht̄ cap̄. Multa eni̇̃ s̃ āalia q̄
capite carent. ut ostrea t̃ conchilia. 7 cetā huiusmoi. Jgit̃ dicendū ē cap̄ capitate rei ēē cap̄. 7 capitatā re
capite ēē capitatā. Vides ne quēadmodū conueniens p̄dicatio. altnā inse uocabuli reuersionē con
uersionēq; reddiderit. Jta quoq; speculandū ē. 7 de alio exēplo q̄ ipse p̄posuit. Rem eni̇̃ si nau
rem dicit̃ nullo modo conuertit̃. Ut nauis remi ēē nauis noiet̃. Sunt eni̇̃ q̄dā naues q̄ remis pe
nit̃ non utunt̃. Ut lintres quas loco subeunt conto. 7 ideo ñ conuertit̃. dicendū ē q̄ remū re
mite rei remū ēē. 7 remitā rē remo ēē remitā. Necesse q̄q; erit nom̄ finge. si positū ñ sit.
Nā quēadmodū filius patris filius. pat̃ filii pat̃. recip̄ca conuersione p̄dn̄r. 7 utroȝq; nois
p̄dicatio in usu ē. sic si fuit nom̄. ipse tibi aliq̄d debebis finge. ut ineo q̄ ē ala alati ala. alatū
eni̇̃ nouit̃ factū ē. Et nūquā ant̃ dictū. quo aūt modo possim noa ipsa confinge. Q̄m necessa
riū ēē posim̄. artē q̄q; cōponendi sequenti ordine demonstrem̄. Sed h̄ faciendū ē. si p̄rius il
lud purgam̄. q̄ q̄dā cē aristotilē culpandi studio ponunt. Aiunt eni̇̃ ñ ēē solius relationis ad
conuertentia dici. Siq̄s eni̇̃ h̄ dicat cū sol sup̄ t̃rā ē. dies ē. 7 cū dies ē sup̄ t̃rā solē. Recipiunt Q̄S.
h̄ q̄q; confusionē. q̄ confusē a relatiuoȝ deffinitioē segregatas. Non ḡ in sol̄ relatiuis inquint ea
dit ista conuersio. sed iā bli̇̃c huī rei duas p̄tulit solutioēs. unā p̄uacuā. aliā uō p̄forte. at Sol.
mich̄ officē ad a. sententiā. si 7 alia conuertant̃. Non eni̇̃ inq̄t. a. sol̄ h̄ relatiuis ēē. s; 7 oibȝ.
Năq; h̄ relatiuis̃ mō nec ulla relatioē negari pot̃. Quocirca q̄m ñ dix̃. a. sol̄ h̄ inēē relatiuis. eoȝ
q̄stio huī p̄clari philosophi sententiā ñ morat̃. s; h̄ potius accidentis ē. 7 ad aliud quodā modo
refugiū concurrentis potius quā ex ipsa aristotil̄ auctoritate dictoȝ ei aliq̄ p̄pugnaculū cō
pantis. Aliā uō attulit causā p̄rsus grauē. Ait eni̇̃ h̄ p̄p̄ū ēē relatiuoȝ. ñ sedm̄ suā nuncupatio Itē Sol.
nē. s; sedm̄ aliquā habitudinē eodē modo conūti. q̄ eni̇̃ dicē cū sol ē dies ē. 7 cū dies ē. sol ē. nullā
habitudinē monstrat. s; tantūmodo consequentiā ostendit. Conseq̄t̃ eni̇̃ solē ēē cū dies ē. 7 cum
sol sup̄ t̃rā cursus agat. diē ēē. Cū eni̇̃ aliq̄s dicat filius patris filius. 7 pat̃ filii pat̃. habitudi
nē 7 cōpationē. 7 quodā modo continentiā utroȝq; declarat. atq; h̄ q̄q; in alia quouis relatioē
spectare licet. Quocirca q̄m oiā ad aliq̄d. sedm̄ quandā ad se inuicē habitudinē continentiāq; dn̄r.
sedm̄ continentiā q̄q; 7 habitudinē. eoȝ conūsio facienda ē. quāīre nos q̄q; grauit̃ dicentis
iā bli— ci auctoritatē concedim̄. Nc uō q̄ sit ars fingendi noīa sic ubi des̃ dicendū uidet̃. quā
ipse aristotil̄ his uerb̄ tradit. Sic aūt facilius fortasse sumit̃ q̄bȝ nom̄ ñ est positū. Usq; si conue
nient̄ assignent̃. ad conūtentia dn̄r. Q̄m s̃ que ita dn̄r ad aliq̄d. ut nisi conuenient̄ aptent̃
conuersio nulla fit. In oibȝ aūt ad aliq̄d conuersionē spectare necesse ē. Que sit h̄ conuenientia
7 quēad modū assignari relatioēs oporteat. ipse demonstrat. Siq̄s eni̇̃ dr̄ ad aliq̄d q̄ conuerti ñ
possit. ab ipso q̄ dr̄. si denoātio fiat. mox conuertit̃. ut ala dr̄ auis. 7 recta q̄dē ē p̄dicatio. s;
ad naturam relationis incongrua ē. nc̄ ḡ q̄m dici ñ pot̃ auis ale. dr̄ aūt ala auis. ab ipsa p̄dicatioē
q̄ ad aliud p̄dr̄. si denoātio fiat. mox redit consueta conuersio relatiuis. nā cū dr̄ ala auis
non conueniens ē. s; si ex ala fiat denoātio ut dicat̃ ala alati. conuersio manet. Alatū eni̇̃ ala
alatū ēē dn̄s. sic ala alati ala. h̄ idē 7 in remo euen̄. Nā q̄m rem̄ nauis dr̄. ut nauis remi sit.
nulla ratioē conuertit̃. s; 7 si ex remo fiat denoiatio. statī fit ex more conūsio. Dn̄s eni̇̃ ēē remū

remite rei remiū · 7 h̄ illi conuertit̄ · Remita enī res remo remita ē · Ergo ex eo q̄ p̄us dr̄ · nom̄ fingen
dū ē · Sic ex eo q̄ ē ala · q̄m p̄ri id ... ad aue dr̄ · q̄ auis ad ala non conuertit̄ · denoīatio facta ē · ut di
cet̄ alatū · atq; h̄ e q̄ att · si ab h̄is que p̄ma s̄ · ov ab h̄is ad que conuertunt̄ · noīa ponant̄ · p̄manāq; p̄di
catio ē · ab ala · Dicim̄ enī ala auis · 7 h̄ querim̄ ut ala p̄dicatio conuertat̄ · Ergo ab eo q̄ p̄us dr̄ · 7 ab
eo ad q̄ conuertit̄ nom̄ fingendū ē · ut ab ea que p̄rius dr̄ ala · atq; ab eade ala ad quā conuertit̄ ·
si conuenient̄ aptet̄ · fingendū ē · nom̄ alatū · q̄ ip̄sū ex ala denoīatū ē · atq; h̄ q̄ de in cet̄is relatiuis
licet intelligi · ¶ Nā si ad q̄ libet accidens aliud assignet̄ · ov n̄ ad illud dicat̄ · nō conuertunt̄ · Usq; n̄ tt
conueniens ē · ¶ Aliud quoq; argum̄tū d̄d̄ si relatioēs conuenient̄ n̄ reddant̄ · n̄ posse conuerti · fortas
se enī q̄s dicat ala · 7 cap̄ n̄ ēē ad aliq̄d · q̄ si q̄s h̄ q̄q; concedat · illud tam̄ negare nemo pot̄ · q̄n seruus
aut filius · sēp̄ ad aliq̄d p̄dicent̄ · Ergo in hac q̄q; re que confesse relatiue ē · p̄it relatiōis p̄pa conuer
sio · si n̄ conuenient̄ 7 ad illud id q̄ p̄pe dr̄ · assignet̄ · Nā cū sit ad aliq̄d s̄uus · nisi dn̄i reddat̄ · i · ad id
ad q̄ conuenient̄ dr̄ · hac ratioē nulla conuersio ē · Dicat̄ ḡ s̄uus hoīs · t̄ s̄uus bipedis · non conuertit̄ ·
ut dicat q̄s bipede ēē s̄ui · eodēq; m̄ de filio · Ergo extrinsēc quecūq; s̄it · si ad ea id q̄ ē ad aliq̄d p̄dicet̄
nulla conuersio ē · Q̄d aūt ait accidentia n̄ q̄ hō sit accidens · aut bipes diffīta · hoī accident̄ insit
sed int̄ dū consuetudinis aristotelice ē · q̄ scd̄o loco 7 extrinsēc p̄dnr̄ dicē scd̄m accidens p̄dicari ·
Seruus aūt prius ad dn̄m ē · scd̄o uō loco ad hominē · Jd̄co enī q̄ dn̄s hō ē · id̄o s̄uus ad hominē dr̄ · 7
id̄co q̄ dn̄s bipes ē · s̄uus id̄o bipedis dr̄ · Ergo scd̄m accidens dix̄ scd̄o loco · uolens ostendē extraneā · 7 n̄
conuenientē fieri p̄dicationē · si q̄s ad hoīem ut bipedē s̄uū · 7 n̄ ad dn̄m referat · Manifestū ē ḡ
q̄m in h̄is q̄q; q̄ confesses ad aliq̄d · 7 in q̄b; noīa s̄ · Nomen enī 7 s̄ui 7 dn̄i in usu ē · n̄ queadmodū in remo
aut in ala · ubi neq; alatū neq; remitū nom̄ fuit · nisi ip̄se finget · a · Cū ḡ h̄ ita sint manifestū ē ·
q̄m si n̄ conuenient̄ aptarent̄ · conuersionē p̄dicatio n̄ tenēt · ¶ Amplius · Si conuenient̄ assignet̄
ad id ad q̄ dr̄ · oīb; aliis circūsc̄ptis quecūq; s̄ accidentia · Usq; si aūt sic reddant̄ manifestū est
q̄m relatiua oīa conuer sim dnr̄ · ¶ Aliud q̄q; ualidū addidit argum̄tū · in oī scd̄m ad aliq̄d p̄dica
tioē · sola ēē assignatiōis conuenientiā req̄renda · Qua enī p̄manente cunctis aliis p̄euntib; re
latiuo⁊ p̄dicatio constat · 7 qua p̄eunte cunctis aliis p̄manentib; ad aliq̄d p̄dicatio n̄ manet ·
Jllud ē ad q̄ conuenient̄ noīs relatio referat̄ · Q̄ enī dn̄s ē idē 7 hō ē · idēq; bipes · id q̄q; p̄ceptibil̄
scientie · ad q̄ libet ḡ ho⁊ s̄uus n̄ p̄dicat̄ · si dn̄s n̄ sit · Q̄ si dn̄s sit 7 q̄ libet ho⁊ pereat · n̄ ch̄ impe
dit p̄dicationē · Predicet̄ enī d̄n̄s seruus ad dn̄m · 7 ab eo ceta p̄imant̄ · Pereant enī ab eo q̄ ē hō · ac bi
pes · q̄ scientie p̄ceptibil̄ · h̄is oīb; p̄euntib; dn̄s solus p̄maneat · Cet̄is ḡ p̄euntib; s̄uus tam̄ m̄ch̄
omīm̄ dr̄ ad dn̄m · ad hoīem n̄ dr̄ · Pereunte enī s̄ominoīe dn̄i · s̄ui ad hoīem nulla p̄dicatio ē · Q̄
si ad dn̄m s̄uus n̄ referat̄ · pereatq; dn̄i nom̄ oīb; aliis manentib; n̄ erit p̄dicatio · Auferat̄ tt
dn̄s · 7 maneat hō 7 bipes · 7 scientie p̄ceptibil̄ · n̄ pot̄ dici s̄uus hoīs · t̄ s̄uus bipedis · dn̄o tt nō
manente s̄uus int̄it · Q̄r manente dn̄o ad q̄ seruus conuenient̄ aptat̄ · cunctis aliis p̄euntib;
p̄dicatio manet · Sublato uō dn̄o ad quē ē conueniens predicatio · cunctis aliis manentib; p̄dica
tio n̄ ē · Eodē modo et de ala · nisi enī ad alatū referat̄ · cunctis aliis manentib; integra p̄dicatio
n̄ ē · adeo n̄ solū non conuertit̄ · sed nec p̄dicatio ulla erit nisi relatio ad q̄ conuenient̄ dr̄ assi
gnet̄ · Sunt̄ et h̄ quoq; ars ē · 7 agnoscendi uia cū innata m̄ta sunt ad q̄ potissimū relatio p̄
dicet̄ · Nā cū in dn̄o 7 hō sit · 7 aāl · 7 discipline p̄ceptibile · ov bipes · in s̄uo q̄q; idē ad q̄ ho⁊
aut dn̄i nom̄ · aut s̄ui resferre possim̄ · ostendit̄ · qua enī remanente · sublatis cet̄is · p̄dicatio
ualet · ov quare sublata · cet̄is manentib; incipit̄ p̄dicatio · ad illud relatio rectissime p̄dicat̄ ·
his ḡ positis totius argum̄ti ui sententiāq; concludit · ait tt · Omīa q̄ cūq; ad aliq̄d s̄ equa p̄dica

tione converti. Hoc autem huiusmodi est. Quaecumque ad se invicem aequaliter praedicantur conversione facta retor-
quent illa aequalitate naturae et dimensione fundata sunt, ut sibi propria et species. Relativa quoque, ut convertantur,
aequalia esse oportet. Nam si una res amplior, alia vero fuerit minor, conversionem non habent. Nam in eo
quod est ala avis, minime ala avis. Multa enim sunt quae alas habent, et aves non sunt, atque ideo confusio fit. Et in eo quod est re-
mus navis, maior est navis remo. Multae enim naves sunt quarum remus. Quare in his nulla potest esse conver-
sio. Sin vero sint aequalia, ut filius atque pater, conversio non fugit. Numquam enim est filius nisi patris, et rursus numquam
pater est nisi filii. Quocirca aequalia oportet esse quaecumque ad aliquid praedicantur. Horum vero si sit nomen positum, positis
nominibus uti oportet. Sin vero nomen positum non sit, ex his quae in prima praedicatione sunt, ut superius dictum est, nomen
oportet effingere. Quod si ita reddantur, ut omne ad aliquid convenienter ad quod dicitur praedicetur, et aequalis erit praedica-
tio et mox conversionis reciproca natura subsequitur. Constat igitur omnia relativa ad convertentiam dici. Hinc aliud
proprium iungit. Videntur autem ad aliquid simul esse natura. Usque similiter et in aliis quaeque talia sunt. Illa simul
esse dicuntur quaecumque talia sunt ut uno posito quolibet aliud necessario subsequatur, et uno quolibet inter-
empto aliud modis omnibus intereat, ut pater et filius. Nam cum est pater, et filium quoque necesse est; cum sit filius pater
est. Rursus si pereat filius, patrem quoque perire manifestum est, non quod pereat ipsa substantia, ut pereunte Hectore
Priamus pereat, sed perit ipsa relatio. Ergo quoniam ut interempto patris nomine filii nomen perit, sublatoque filii
nomine patris nomen perit. Posito etiam patre in substantiaque constituto filii quoque nomen infertur, et posito filii
nomine sequitur pater, et a patris nomine numquam separatur. Ideo pater et filius simul esse dicuntur. Ergo simul ea sunt quae sem-
invicem vel intimant vel inferunt, et de his quidem posterius ipse tractat. Nec autem haec quoque in esse relativis exposuit di-
cens relativis quoque esse ut simul sint. Nam cum duplum sit dimidium est, et cum dimidium est duplum est. Huius autem
argumentum est quod interempto duplo dimidium perit. Rursusque eo duplo constituto dimidium constituitur.
Igitur quoniam duplum atque dimidium relativa sunt, et haec simul sunt natura, vel ipsa essentia manifestum est haec quoque relativum
accidere ut simul natura esse videantur. Idem quoque est et in eo quod est servus et dominus. Nam quoniam alterutris interemptis utraque
deperit, et alterutro constituto utraque subsistit, constat servum atque dominum cum sint ad aliquid simul esse na-
tura. Sed et haec ita sunt ut sint quidem in quibusdam relativis, sed non omnibus hi quae sunt ad aliquid nequeunt. Sunt enim quaedam relativa
quorum unum prius natura sit quam ipse cui rursus adiecit. Non autem in omnibus relativis verum videtur esse simul natura.
Usque simul cum scibili scientia facta. Hoc proposuit non in omnibus relativis esse hoc, ut simul esse videantur natura.
Hoc autem probat ex his quoniam scientia ad aliquid est. Scibilis enim rei scientia dicitur. Non poterit esse scientia nisi sit
res aliqua quae sciri possit. Hanc autem primum esse necesse est, ut in matheseos disciplina. Sciunt enim trian-
gulum tres interiores angulos aequos duobus rectis angulis habere. Hunc necesse est prius fuisse quam sciri possit.
Postea vero ad hanc rem aptam fuisse notitiam atque hoc est quod ait. Namque in pluribus subsistentibus rebus scientias
cepimus. Prius enim rebus constitutis et quasi propositis scientiae ratio sequitur. Quare non est in omnibus relativis simul
esse natura. Nam cum scientia et scibile relativa sint, antiquius est scibile quam scientia. Quod vero interposuit.
In paucis enim vel in nullis quis reperiet simul cum scibili factam scientiam, tale est. Quasdam namque res animus ipse
sibi confingit, ut si chimaeram vel centaurum vel alia huiusmodi, quae tunc sciuntur cum ea sibi animus finxerit. Tunc autem
esse incipiunt quando primum in opinione versantur. Tunc igitur sciuntur cum in opinione versata sint, et haec simul habent esse
et sciri. Nam quoniam in opinione nascuntur, mox esse incipiunt. Sed cum in ratione sunt, tunc eorum scientia capitur.
Ergo mox ut fiunt, mox sciuntur, et est eorum scientia cum eorum de essentia coniuncta. Namque antequam chime-
ra fingeretur, sicut ipsa in nulla opinione fuerat, ita quoque scientia non erat. Postquam vero in animi imagina-
tione constituta est, ei quoque cum ipsa imaginatione scientia consecuta est. Atque ideo ait in paucis
hoc posse perspici, ut simul cum scientia scibile sit, ut in hac eadem chimaera quae cum sit scibilis, cum scien-
tia nata est. Sed quoniam nihil quod in substantia non permanet neque in veritate consistit sciri potest. Scientia enim

rerum quae sunt comprehensione veritatis. Et quaecumque sibi animus fingit vel imaginatione repperit, cum in substantia atque veritate
constitutum non sit, illud posse sciri non dicitur, atque ideo non est eorum scientia ulla quae sola imaginatione sub
sistunt. Idcirco atque dubitans dixit: In paucis enim vel in nullis. Haec enim ipsa pauca ita quis reperiet, ut si adver
sa ratione examinationeque contendit, nulla esse perpendat. Quod si quisquam chimerae aliquam esse sci
entiam dicat quae non est, quamquam hoc falsum sit, tamen hoc quoque concesso pauca erunt in quibus scientia cum scibili si
mul sit nata. Multis enim rebus ante positis et constitutis scientia nascitur. Quocirca non in omnibus relativis
verum est ut simul esse dicantur nata. Et sicut falsum est illud esse in multis hoc esse relativis, ita falsum est rursum in omnibus.
Sed haec tractatu longius texit. Amplius. Scibile sublatum simul aufert scientiam, usque scientia
quidem ei nondum est, illud vero scibile est. Diximus illa esse simul nata quaecumque, altero constituto vel altero interempto
simul utraque constituerent vel interimerent. Constituto enim ut sit pater, constituet esse filius, et pater simul
infert substantiam filii. Eodemque modo filius simul infert vocabulum patris. Non est enim filius nisi patris. Eodemque
modo interempto altero utrumque perire necesse est. Alterum autem altero prius pluribus dicitur modis. Sed nunc quaerimus ta
le est. Nam priora illa esse dicuntur, quae ipsa quidem perempta res alias tollunt, ipsa vero illata atque constituta simul res
alias non inferunt, ut est unum atque duo. Interempto enim uno duo quoque pereunt. Unum enim est unius in duobus geminatio
si unum intereat. Constituto vero atque posito ut sit unus, nondum duos. Nondum enim facta est unius geminatio.
Ergo illa dicuntur priora esse quaecumque alia simul quidem illata non inferunt, si perimunt alia interempta. Scibile ergo et scientiam non esse
simul illa res probat, quod si quis rem scibilem tollat, scientiam quoque sustulit. Nulla enim potest scientia permanere, si res quae
sciri possit intereat. At si scibile esse constituas, non omnino scientia consequitur. In infantibus nobis enim ea quae nunc novimus
erant et in sua natura substantia permanebant, sed eorum apud nos scientia non erat. Multae quoque sunt artes quas esse quidem
in sua natura ratione perspicimus, quarum neglectus scientiam sustulit. Multumque ego ipse iam metuo ne hoc vilis
sime de omnibus studiis liberalibus dicatur. Quocirca si et scientiam sublatum scibile perimit, et illatum scibile scien
tiam non infert neque constituit, prius est id quod sciri potest quam illud quod comprehendere valet atque complec
ti notitia. Ipse autem adhuc rei obscurissimum accommodavit exemplum. Solet enim in geometria huiusmodi
esse propositio. Iubemur enim proposito uno laterum spatio aequale triangulum constituere, et facimus hoc modo. Sit unum
laterum spatium a b. Oportet ergo spatio a b aequale triangulum constituere. Et sit duplum a b spatio
c d e f spatium. Ducatur angularis e f. Dico quoniam e d f triangulum aequale est a b spatio. Quoniam enim c d
e f spatium duplum est a b spatio, erit a b c d e f spatio medietas. Sed et c d e triangulum c
d e f spatio medietas est. Angularis enim f e totum c d e f spatium medium dividit. Quae eidem sunt
media et sibi aequalia sunt. c d f igitur et c e f triangulum a b spatio aequale est. Proposito ergo spatio a b
aequum triangulum constitutum est c d e, quod oportebat facere. Eodem quoque modo quaesitum est si sit proposito cir
culo aequum fieri quadratum. Quadratum autem est quod aequalibus lateribus omnes quattuor angulos aequos habet,
id est rectos. Et Aristotelis quidem temporibus non fuisse videtur inventum, postea vero repertum est. Cuius quoniam longa de
monstratio est, praetermittenda est. Atque haec est quae ait circuli quadratum. Sic manente quadrato linea
per obliquum ducta triangula figura perducitur. Ita circulo non mutato circum positis angulis, qui et ipsius
circuli lateribus aequaliter diriguntur, quadrati forma consurgit, quod ut potuimus coniectari depinximus.
Cum enim alicui circulo aequum quadratum constituitur, in quadratura circuli illius mensura dirigitur.
Nec ergo haec est quae ait hoc circuli quadratum, id est quadrati ad circulum constitutio si fieri potest. Et si res est quae
sciri possit, scientia quidem eius nondum inventa est. Nondum enim quisquam sub Aristotele aequum quadratum cir
culo constituerat. Quod si est aliqua eius scientia, quoniam nondum reperta est, certe prius est quod sciri possit
quam scientia. Nam cum posset Aristotele vivo sciri circuli quadratura, nulla tamen scientia adhuc reperta
est, atque ideo prius erat quod sciri posset quam ipsius rei ulla notitia. Amplius. Animal quidem

sublato non est scientia. scibilium vero plurima esse contingit. addit aliud validius argumentum prius esse scibile
scientia. Illud enim notum est, si per desidiam disciplina depereat, interire quidem scientiam, sed scibile permanere.
Scibile autem dico quod sciri potest. Quod si omnino animal non sit, cum quod scire possit omnino non fuit, scientia quidem
ipsa funditus interibit. nihil tamen prohibet esse ea que permanente animali possit perquirentis animus scientie ratione com
plecti. Similiter his se se habent et que sunt in sensibus. Usque, ut corpus callidum, dulce, amarum, et alia omnia quecumque
que his sunt similia. Idemque proponit exempla in sensibus inveniri. Dicit enim sensum prius esse sensibile, quod communi
priorum diffinitione probabile esse constituit. Dictum est enim illa esse priora que simul quidem interempta perimerent, non
autem simul aliis interemptis ipsa deperirent. ut orbem solis prius dicimus propter lumine. Sublato enim orbe lumen
illud quod ab eo est penitus non manebit. Sublato enim lumine solis orbis manebit. ita quoque nunc in sensibilibus atque
in ipso sensu proposuit. Sublato quod sentiri potest, sensus omnino sublatus est. Neque enim esse potest sensus cum quod
possit sentire non invenit. Quod si sensus omnino, scibile tamen permanebit. et hoc evidentibus firmat exemplis. Nam
cum ea que sunt in rebus vel incorporea sunt vel certe corporea, et quecumque ad corporis materiam referri potest hoc sensuum
varietati subiaceat, et quecumque ad incorporalia intellectus ratione vel speculatione teneatur, cum sit sensus
omnis in corpore, si corpus intereat, cum omnino corpus non sit, quoniam que sunt incorporea sentiri non possunt, que sentiri
potuerant interempta sunt, omnino sensus evertitur. Sed si sensus auferatur, sensibilia permanebunt. et quoniam sensus anima
lium effectivus est, equa est utrorumque perditio. Sive enim substuleris animal, sensus peribit, sive sensus evertatur,
animalia quoque sublata sunt. Sed eversis atque interemptis animalibus cum propriis sensibus permanent corpora que anima non
utantur. Et si sublatis animalibus sensibilibusque deperditis corpora inanimata subsistunt, cum corpora sunt
que sentiri possunt, animalia que sentire valeant, si interempta sint, manente sensibili sensus evertitur.
Non igitur sic sensibilis interemptio sensus interimit, sic sensuum perditionem extincto sensibilium comitatur. Id
vero et hoc probabitur argumento. Antequam enim quam actu ipso aliquid sentiamus sensus non est. Nam prius quam dulce aliquid
degustem, gustatio ipsa dulcedinis non est. quod autem gustari possit, id est mel vel quodlibet aliud, proprie nature
ratione consistit. quocirca prius esse quod sentiri potest. Post vero sensum a auctore firmatur. Amplius. Sensus
quidem simul cum sensato fit. Usque, quare prius quam sensus sensibile esse videtur. In compositis rebus atque ex aliis
iunctis priores sunt hec que componunt aliquid ipsa illa quam componunt. Namque cum corpus animalis fit ex igne, aere, et aqua
vel terra, priora hec esse necesse est quam ipsum sit animal quod illa elementa coniungit. hoc quoque etiam in aliis patet. Nam
cum sit liber ex versibus, prior est versuum natura quam libri. Cumque versus constet verbis atque nominibus, et ceteris
quas grammatici partes orationis vocant, hec ex quibus ipse versus consistit, versu ipso priora esse necesse est.
Et quocirca sensus quidem ipsis iam rebus compositis supervenit. Nam cum animal constet ex quattuor elementis
et cum sensus semper naturam animalium comitetur. Cum ipsis animalibus sensus fieri et nasci necesse est. et quod si cum animalibus
id est positis rebus sensus nascitur. sic animali priora sunt ea ex quibus ipsum animal constat. sic quoque sensu quecumque
animali nascitur illa sunt priora ex quibus animal nata coniungitur. Coniungitur autem animal atque componitur ex quattuor
elementis. Quattuor igitur elementa sensu priora sunt. Sed quattuor elementa corporalia sunt. Corpus vero omne
sensibile est. Prius igitur sensibile quam sensus est. Sensus enim cum re composita nascitur. Illa vero que componunt
et sensibilia sunt et priora ipso composito. Universaliter enim si que due res simul sint, cum quelibet res una
earum prior sit et altera posterior erit, ut animal atque sensus cum utraque simul sunt simulque nascuntur, cum quattuor
elementa que sunt sensibilia priora sunt quam animal, sensu quoque priora esse necesse est. quocirca conclusit dicens quare prius
quam sensus sensibile esse videtur. Sed quidam quorum porphirius quoque unus est astruunt in omnibus omnium esse
relativis ut simul natura sint. velut ipsum quoque sensum et scientiam non precedere scibile atque sensibile.
Sed simul esse. quam quoniam brevis est ratio non gravabor apponere. Aiunt enim sicut quelibet scientia non sit ipsius
suum quidem per se potuit permanere. scibile vero esse non potuit. ut si formarum scientia pereat. Ipse fortasse

forme permaneant, atque de propria in corpore nata consistat, scibilia suo non sint. Cum enim scientia que
illud comprehendere possit non sit, ipsa quoque sciri non potest res. Namque omnis res scientia scitur, quod si non sit sciri non pos-
sit. Porro autem res que sciri non potest, scibilis non est. Hoc idem de sensu. Gustus enim si pereat, omne mel forsitan
permanebit. Gustabile autem non erit. Itaque omnino si sensus pereat, res quidem que sentiri poterant sint, sen-
sibiles vero non sint, sensu pereunte. Et fortasse neque scientia, neque sensus secundum sentientes speculandus est,
sed secundum ipsam naturam que sensu valeat comprehendi. Namque res quecumque per naturam sensibilis est, eam quoque
innatam suam proprium sensum quo sentiri possit habere necesse est, et quecumque sciri possit per naturam, numquam posset
adisci nisi ei quedam innata scientia verteretur. Hec porphirius. Sed nos ad aristotilis ordinem textumque
veniamus. Namque ille adicit quoque aliam questionem. Habet autem dubitationem an nulla substantia ad aliquid dicatur quem-
admodum videtur. Usque quare hec esse fortasse ad aliquid videbuntur. Contra ea que superius disputata sunt huiusmodi
nodum questionis opposuit. Et quoniam enim prima definitio relativorum fuerat illa esse relativa quecumque hoc ipsum quod
sunt esse aliorum dicerentur, et secundum hanc definitionem possunt quedam substantie videri esse relative, quod si substantie in de-
finitionem accidentium transeunt. Nam cum sint accidentia relativa, si quas substantias relativas concedi-
mus, in accidentium numero ponendas esse censemus. Sed hoc certum est, sicut substantia in subiecto non est, accidens autem in
Qs. subiecto est, quare fieri potest ut idem et in subiecto sit et in subiecto non sit. Utrum autem possit quedam substantia accidentium
suscipere rationem, hoc nunc querendum est. Prime namque substantie ipse quidem ad aliquid non dicuntur, neque partes primarum
substantiarum, quas ipsas quoque in primis substantiis enumeravimus. Socrates enim non dicitur alicuius aliquis socrates, nec homo alicuius
aliquis homo, nec aliquis bos alicuius aliquis bos, nec partes primarum substantiarum que ipse quoque sunt prime substantie.
Caput enim non dicitur alicuius aliquod caput, sed tamen alicuius caput, et manus non dicitur alicuius quedam manus, sed tamen alicuius manus.
Quare neque prime substantie neque primarum substantiarum partes ad relationem dici poterunt. Quod si secundas quidem substantias
speculemur, neque ipse quoque ad aliquid dicentur, neque enim dicitur animal alicuius esse animal, aut homo alicuius esse homo. Quod si quis dicat
posse esse animal alicuius ut equum meum vel quod libet aliud, non in eo quod animal est, sed in eo quod est possessio dicitur alicuius, et
sic non dicitur animal alicuius animal, sed animal possessio alicuius possessio. Ergo neque prime substantie neque partes primarum
substantiarum, neque secunde substantie ad aliquid. Partes autem secundarum substantiarum ad aliquid hoc ipsum quod sunt dicuntur. Caput enim ali-
cuius caput dicitur. Si quidem capitati caput dicimus, et manum alicuius manum. Si quidem ex manu fingere volumus ad quos
manum referri possit, sic caput ad capitatum, et in aliis quidem rebus eodem modo. Quod si partes secundarum substantiarum
accidentes sunt, et ipse secunde substantie accidentes erunt, aut si hoc non placet constabunt secunde substantie ex partibus
Qs. accidentibus, quod fieri nequit. Quare igitur dicendum est, aut illa diffinitio relativorum notanda est, aut aliter sol-
venda dubietas. Sed posita atque constituta priori diffinitioni que dicit illa esse relativa quecumque id quod sunt aliorum
dicuntur, hic questionis nodus solvi non poterit, quod ipse aristoteles hac adiunctione testatur. Si igitur sufficienter eorum que sunt
ad aliquid diffinitio assignata est. Usque non tamen hoc eis est esse quod sint ad aliquid, quod ea ipsa que sunt aliorum dicuntur. Pro-
posita igitur atque formata priore relativorum diffinitione difficile defendi poterit, aut fortasse numquam
quasdam substantias non esse relativas. Nam si ad aliquid illa sunt quecumque id quod sunt aliorum dicuntur, ut id quod est caput capi-
tati dicitur caput, habebit igitur substantia que est caput ad aliquid relationem, et ita erit substantia relativa atque accidens,
Sol. quod est impossibile. Quare quoniam proposita atque constituta priore definitione hec incommoditas in disputatio-
ne consequitur, ut constet ratio non integre diffinitionis, ergo et assignatio permutetur. Aut enim non esse inte-
gram diffinitionem que supra sit reddita, nec magis illa esse ad aliquid que id quod sunt aliorum dicuntur, potius quam
Qs. ea quibus ipsum esse est ad aliquid quodam modo se habere. Sed fortasse videatur quibusdam inconsulte legentibus
et minime considerantibus id quod definiri oportuerat hoc in definitione esse sumptum, quod est vitiosissimum.
Si enim idcirco diffinitio sumitur ut res de qua queritur assignetur, quod magis est aptior diffinitione
sive ipsa quam definit in assignatione diffinitionis utatur. Diffinitio namque idcirco redditur ut res de

cum quidem esse dubitatur diffinitione pateficat. Quod si certe ipsam quam definimus in diffinitione protulit. ni-
chilo planior deffinitio fit. ut si quis hominem diffinire volens. dicat hoc ipsum esse hominem quod homo est.
Ita quoque non considerantibus aristotiles relativorum diffinitionem reddidisse videbitur. Ait enim esse ad aliquid
quae se ad aliquid quibus hoc ipsum esse est quod est ad aliquid quodam modo se habere. ac si diceret ea sunt ad aliquid. quae se ad aliquid
quodammodo habent. Sed minutius atque acutius considerantibus vis integre diffinitionis perfecte atque vacite
apparebit. Non enim est ad aliquid in eo quod dici ad aliquid consideramus. sed in eo quod est esse. Ea namque sunt relativa
quae in quadam comparatione et relationis habitudine consideremus. ut quaternarius numerus. et hoc ipsum quod est esse dicitur.
id est quatuor. et aliquid quoddam. id est duplum. ut si ad binarium conferatur. Sed quod de quaternario dicimus ad ipsius
quaternarii numeri naturam refertur. Quod vero duplum non est hoc quaternarii sed duorum ad quod duplum dicitur. et
ad quod per propria relatione duplum est. Binarius quoque numerus. et binarius est et medietas. binarius quidem
secundum naturam. medietas vero secundum quaternarii relationem. Quocirca in comparatione quadam atque in habitu-
dine ea quae sunt ad aliquid speculamur. Quaternarius enim in eo quod quaternarius est ad aliquid non dicitur. In eo vero quod est
duplus duorum relativus est. scilicet ad binarium comparatus. binarius quoque in eo quod sunt duo ad aliquid non refertur.
sed in eo quod est medietas scilicet ad quaternarium comparatus. Ergo ut sit duplus quaternarius non duobus. sed
medietate eget. ut sit medietatis binarius non quaternario. sed duplo opus est. Videsne ut habitudi-
ne quadam et comparatione res aliud innata retinentes. aliud tamen ad se invicem sunt. et hoc non ex propria sed
ex invicem innata mutuentur. Ita quod est duplus numerus ex medio trahit. quod medietas ex duplo. atque haec his
quae sunt ad aliquid extra eveniunt. et idcirco nichil patientibus neque permutatis ipsis quae ad aliquid referuntur ipsa
ad aliquid fiunt. Nichil enim permutato de quaternario duplus est ipse. si ad binarium referatur. et nichil
de binario permutato medietas binarius. si ad quaternarium dicatur. Ergo relativorum hoc est esse. id est horum
natura atque substantia est. ut id quod sunt ad aliquid referantur. id est non solum referri dicantur. sed referantur. Atque hoc est quod ait.
sed sunt ad aliquid quodam modo se habere. ac si diceret. quorum substantia est ad aliquid aliquo referri. et quae ita sint.
ut ipsa id quod sunt ad aliud referantur. et esse eorum sit ad aliquid aliud referri. sed non omnia quae dicuntur ad aliquid
et esse de alio mutuantur. Illa namque diffinitio prior maior est. diffinitionem namque relativorum super-
gressa est. Includit enim quae relativa non sunt. et quemadmodum cum dico hominem mortalem eum esse necesse est. Cum
enim dico mortalem non necesse est esse hominem. Ita quoque ea quae hoc ipsum quod sunt ex altero trahunt. et esse habent ad
alterius relationem. et esse suum ad alterius referunt nuncupationem. Quae vero ad aliud tantum dicuntur non necesse
est ut esse suum ad aliquid habeant relatum. quo posteriorem diffinitionem suscipiant. Ut ista sen-
tentia breviter includatur quaecumque hanc diffinitionem susceperint. ut hoc ipsum esse sit ad aliquid quodammodo
se habere habeant eam quoque diffinitionem. quae est relativa esse quaecumque id quod sunt aliorum dicuntur. Quae vero hanc
habuerint diffinitionem illam necessario non habent. ut ea quae sunt ad aliquid etiam ad aliquid dicantur. Sed ea quae
dicuntur ad aliquid. non omnino ad aliquid sint. Quod si ista diffinitio posterior recipiatur quae dicit ea esse ad aliquid
quibus hoc ipsum esse est ad aliquid quodammodo se habere. poterit superior solvi dubitatio quod dicimus. id quod ip-
se posteriore disputatione secuturus est. Quod autem ait. prior vero diffinitio sequitur quidem omnia relativa.
Non tamen eisdem quod sint ad aliquid quod ea ipsa quae sunt aliorum dicuntur. hoc est quod non idcirco aliquid relativum esse dicitur
quoniam alterius esse dicitur. sed tunc merito res aliqua relationis nomine continebitur. Quotiens non solum ad aliquid
dicitur. sed hoc ipsum esse ei ad aliquid est quodam modo se habere. Quare quod hanc diffinitionem proprium consequatur
ipse addidit. Ex his ergo manifestum est quod si quis aliquid eorum quae sunt ad aliquid definite sciet. et illud
ad quod dicitur definite sciturus est. quoniam eorum est quae sunt ad aliquid. Esse enim relativis est ad aliquid quodam
modo habere. Propterea relativis secundum eam quae superius dicta est definitionem hoc esse confirmatur. quod
si quis id quod est ad aliquid definite sciat. quoniam relativum est. et illud ad quod referri potest definite sci-

tur ē qd ſit. Nā relatiua ea ſ̄ qb; hē ēē ad aliqd quodā modo habē. qm̄ ut ſit quatnarius
duplū. a binario trahit. Si qſ nouit ēē quatnariū nūm duplū. 7 binariū neceſſario ſcitu
rus ē ēē dimidiū. ad quē quatnarius duplus ē. Fieri ū nullo modo pōt ut cū qſ nouit aliquā
rē ēē relatiuā definite. n̄ illud qq; ſciat ad q. illa res dr̄ definite. Huī aūt rei una pbatio ē.
quę ex diffinitioē ueñ. Definitas ēm̄ illa ēē ad aliqd. quoꝝ ea ēēt ſub̄a ut quodā modo ſe ad ali
qd habent. q. ſic eē quatnariū nūm ēē duplū. quo ad binariū quodā modo coniungat̄. Nullꝰ quat
nariū duplū ēē potit ſcire. niſi q ſciet medietatē ēē binariū. 7 h q dē ī oib; conſidat̄. Nā ſi ne
ſciat qſ ad qd aliqd referat̄ eoꝝ que relatiua ſunt. illud quoq; ignorabit. utrū oīno ad aliqd
referat̄. q. hiſ uerbiſ. a. dic̄. Nā ſi omnino neſcit ad q. aliquo modo ſe hr̄. nec ſi ad aliqd q̄dām
ſe hr̄ ſcitur ē. Huī qq; rei exēpla pſeqt̄ dicenſ. Si duplū ad aliqd ēē nouim̄. ſcim̄ qq; id cuī du
plū ē. q. ſine ſcim̄ id cuī duplū ē. duplū aūt ēē cuilibet rei ex h ē q. ei ſit medietas ipſā qq; rē
quę dupla ſit utrū dupla ſit ſcire n̄ poſſum̄. Si g̃ definite nouim̄ quālibet illā rē ēē duplā. Et eā
cuī dupla ē definite noſ ſcire neceſſe. ut ſi nouit qſ anchiſē patrē definitē ēē eneę. 7 eneā de
finite filiū ēē cognoſcit. ł ſi undefinite nouit. qm̄ pat̄ ē. Jndefinite ēē ſcitur ē. qm̄ filii pat
ē. 7 rurſuſ ſi eneā qſ indefinite nouit qm̄ filius ē. ſcitur qq; ē indefinite qm̄ patriſ ē fi
liuſ. Manifeſtū ē g̃. qm̄ ea q̄ ſ̄ ad aliqd. ſi definite ad aliqd ēē ſciant̄. Et illud definite ſcien
dū ē. ad q. illa referunt̄. q. in ſubiſ n̄ eodē modo ēē. a. pbam̄ auctore. q huī queſtioīſ ſe
riem ita concludit. Caput uō 7 manū. 7 eoꝝ ſingła que ſubē ſ̄. h ipſum qſ pōt ſciri definite.
Ad q. aūt dicant̄. n̄ neceē ē. ſcire. Cuī ēm̄ h caput. ł cuiuſ manuſ. n̄ ē dicere definite. Jn ca
pite inqt 7 in manu. 7 in aliiſ ſubſtantiiſ. n̄ eſt uūm. qm̄ ſi qſ aliquā hoꝝ alicuī ēē nouit.
7 ad aliqd aliud referri. iccō 7 ad quā referat̄ definite ſcitur ē. Si qſ ēm̄ opto capite atq;
oīb; m̄briſ man foraſ exerat. manifeſtū ē. qm̄ man illa alicuī man ē. Cuī aūt man ſit. di
cite definite n̄ pōt. ſimilit̄ qq; optiſ ocul facieq; uelata. cuilibet cap aſpiciaſ. Jllud q dē
cap alicuī ēē n̄ dubiteſ. Cuī aūt ſit definite n̄ pferē. Q r qm̄ h ſ̄ huiuſmodi ut ſi qſ ea defi
nite ſciat ēē alicuī cuiſ definite ſciri n̄ poter̄. a relatiuoꝝ diffinitioē. quoꝝ ſi una que
libet definite ſciat̄ ēē ad aliqd. illa qq; res ad quā res dr̄ definite ſcit̄. ſubē ſegregant̄.
Subiciendū ē. tm̄ illud qq; q̄ n̄ oīno uūm ē. Jn definitioib; rē ipſā q̄ diffinit̄. ſum̄i n̄ opor
tere. m̄lta ēm̄ ſ̄ q̄ alit̄ pferunt̄. 7 diffiniunt̄. 7 alit̄ accipiunt̄. ut ſi qſ dicat albū ēē nigro colore
ēēriū. pōt h 7 in corpore accipi. Nāq; 7 color albū dr̄. 7 corp q. albo participat albū ēē no
minat̄. Quocirca neqſ putet talit̄ albū ēē diffinitū. q. ad participationē albi. 7 corporiſ
referat̄. ita dicendū ē. Albū ē. q. cū maliuſ ē. tū ē color nigro ēēriuſ. atq; rē ipſā ita ſua
diffinitioē ſumim̄ q. ſcilicet ariſtotileſ idē rē ipſā quę diffinit̄ in diffinitioē ſumi n̄ opor
tere. int̄ uiſimilia topicoꝝ poſuit exēpla ł argumta. n̄ē aūt poſt diſputationē relatiuoꝝ
vim oppositionis esse dissimilem. Recte igitur positum est privationis atque habitus oppositionem ab his quae ponimus
ut contraria discrepare. Amplius in contrariis cum sit eorum susceptibile potest fieri in alterna mutatione nisi
naturaliter unum insit. Usque et hoc sepius factum perfecte in contrarium habitudinem subsistere non tempore prohibeatur.
Alia rursus contrariorum et huius oppositionis quae secundum habitum privationemque dicitur discrepantia ponitur. ea enim quae
contrarias possunt in alterna positionis variatis vicibus permutari. quod enim calidum est potest effici frigidum. Rursusque
quod frigidum est potest in caloris verti qualitatem. his tamen ut dictum est solis exceptis quibus una quelibet res contra-
riorum naturaliter insita est. In his enim solis fieri non potest in alterna mutatio. In his vero que accidunt et non per naturam
subiectis eveniunt. fit semper contraria permutatio ut ex sano egrum. aut ex egro rursus sanum corpus efficiatur.
Iam vero illud ex bono pelinor semper semita videtur ad malum. et facillima esse ex probitate ad malitiam permuta-
tio quod terentiano dicetur exemplo. a labore proclive ad libidinem. Sed quamquam difficilis sit transitus a virtute
a turpitudine vitiorum. ita tamen fieri hunc transitum confirmat. huius enim philosophi sententia est.
virtutes non scientias ut socrates ait. neque ut stoici. naturaliter esse discibiles sed per quandam boni con-
suetudinem hominum mentibus inseri atque ideo si quis sit quibuslibet moribus viciis obnoxius. si eum melior
sermo susceperit et sapientium consuetudine confabulationeque comatur aliquid ex eandictis vitiorum in-
lecebris emendabitur. et sese aliquantulum exuit et paululum liberior ad meliora procedit. ita ut si primo
quidem nimium malus. post vero non malus. deinde iamiamque aliquantulum bonus. cui si huiusmodi intentio frequen-
tissime fiat. nec pravitatem temporis pervenitur. aut ei terminum mortis offecerit. non est dubium illum ex
pessimo per probas consuetudines confabulationesque sapientium in perfectam virtutis habitudinem permu-
tari. Est igitur ex bono in malum et ex malo in bonum rursus permutatio atque hoc quidem in contrariis. In habitu vero
et privatione non fit. Est namque permutatio sed una tamen nulla sese ratione convertens. Aut enim ab ha-
bitu ad privationem permutatio. a privatione vero ad habitum inpossibile est. et hoc planissimus docet
exemplis. quis enim umquam ex ceco factus est videns. Quis aliquando calvus crinitus efficitur. Cui amis-
sis etate dentibus rursus alii pereant. Quare sin contrariis fit in alterna mutatio. in privatione vero
atque habitu non fit. distat hec oppositio ea scilicet oppositione que fit secundum contrarias qualitates. Que
cumque vero ut affirmatio et negatio opponuntur usque omnia autem quae diximus sine complexione dicuntur. Expo-
sitis his differentiis quibus vel a contrariis relativa. vel privatio et habitus relativus. vel rursus privatio et habitus contrariis
discreparent. Nunc sequitur quod his omnibus secundum affirmationem negationemque opposita distent. et dat si-
gnum proprium affirmationis et negationis. ut eas semper queamus agnoscere. ut si qua sint que hoc signo mini-
me teneant. illa ab affirmationis negationisque oppositione differre dicamus. In affirmatione et
negatione fieri non potest. nisi si affirmatio vera est. sit statim falsa negatio. Si negatio vera. affirmatio mendaciu
nota. carere non possit. ut si quis dicat. socrates ambulat. socrates non ambulat. Si verum est
socratem ambulare. falsum est non ambulare. et rursus si falsum est non ambulare. verum est ambulare.
hanc autem veri falsique divisionem. nullus umquam in aliis oppositionibus poterit invenire. Nam in his quae
sunt ad aliquid non solum non est necesse oppositionem ipsam sibi verum falsumque dividere. sed in his nulla omnino
neque veritas. neque falsitas invenitur. Si quis enim dicat. hic tamen pater vel rursus filius. neque verum quod neque
falsum pronuntiat. et in contrariis quoque idem est. Nam cum bono malum sit contrarium. si quis nominet bonum et si quis
rursus simpliciter pronuntiet malum nulla in hac predicatione neque falsitas neque veritas est. Eodem
quoque sese modo habet et in his quae secundum habitum privationemque dicuntur. Similiter enim nichil neque
verum neque falsum est. si quis visum nominet vel cecitatem. hoc autem idcirco evenit quod omnia quecumque sunt
in quibus aut veritas aut falsitas invenitur secundum aliquam complexionem dicuntur. Cum vero quae simpliciter

proferuntur veri atque falsi prolatione carent. ut ipse ait. cum in principio omnia praedicamenta numeraret
dixit. Singula eorum quae essent dicta in nulla affirmatione dici. quadam vero complexione inter se horum prae
dicamentorum veritatem falsitatemque gigni. quibus ita edocuit praeter complexionem aliquam in sermonibus
veritatem falsitatemque invenire non posse. Sed et exemplo quoque manifestum est. Si enim dixero Socrates
homo est. aut verum aut falsum est. quod si sibi tantum dicam Socrates. aut rursus homo. nihil in eo neque veritatis
neque falsitatis est. quocirca quoniam omnis affirmatio cum complexione profertur. potest in ea aut veritas aut fal
sitas inveniri. Ea vero quae secundum ad aliquid simpliciter et sine ulla complexione dicuntur. Similiter autem et contra
ria et ea quae sunt secundum habitum privationemque sibimet opposita ut est pater filius. bonum malum. visus
caecitas. quae quoniam sine complexione dicuntur. Ubi autem complexio non est. illic neque falsitas neque veritas est. In af
firmationibus vero solis et negationibus quae secundum complexionem dicuntur aut veritas aut falsitas reperitur. secundum affir
mationem et negationem oppositio cunctis aliis superioribus distat. Sed et vero magis hoc videtur contin
gere in his quae secundum complexionem dicuntur. usque cum autem non sit omnino Socrates. sic autem utraque falsa est. et ha
bere visum et eum esse caecum. Sed quod in videntur quaedam contraria secundum complexionem dici in quibus aut falsitas reperitur aut
veritas. Sed neque ut affirmatio sit neque ut negatio. debuisse quoque dicere quid distent his complexionibus quae secundum affir
mationem negationemque dicuntur. Nam sicut aegritudo est contraria sanitati. ita quoque aegrotum esse Socratem ei quod
est sanum esse contrarium est. Oratio quoque quae dicit Socrates sanus est contraria est ei quae pronuntiat Socrates aegrotat. In his
quoque et veritas invenitur et falsitas. quod quoque hoc distat ea oppositione quae secundum vim affirmationis aut negationis
opponitur. hoc scilicet quod subsistente re de qua utraque dicuntur utrumlibet eorum verum est. Sit enim ea contraria praedicantur
quae mediis carent. Nam vivente et subsistente Socrate quoniam aegritudo et sanitas inmediata contraria sunt.
si quis de Socrate dicat Socrates sanus est. rursus alius pronuntiet Socrates aegrotat. unam veram unam falsam
necesse est. Socrates enim vivens aut aegrotat aut sanus est. et si verum est aegrotare. sanum esse falsum est. et si falsum
est aegrotare. sanum esse verum est. Si vero Socrates ipse non subsistat neque omnino sit. utrumque de eo falsum est dicere
quoniam aegrotat et sanus est. qui enim omnino non est. neque omnino potuit esse aegrotus vel sanus. Ergo in contrariis subsisten
te re de qua praedicantur. semper una praedicatio vera est. alia falsa. In his scilicet contrariis quae secundum complexionem dicuntur. et
carent medio. non subsistente autem re. contrarietates utraeque sunt falsae. Illa vero quae secundum privationem habitumque
dicuntur. sicut complexione praedicentur subsistat res. non necesse est aliam veram esse aliam falsam. et cum res omnino non
sit. utraeque sunt falsae. Socrates enim cum sit iam in sue matris alvo. et nondum sit genitus in lucem quidem editus non est.
Ipse tamen est atque vivit. sed tamen neque videns est neque caecus. et videns quidem non est quoniam nondum in lucem est editus.
Caecus vero idcirco non dicitur quoniam adhuc videre non poterat. Ergo si sit atque subsistat res de qua habitus atque pri
vatio praedicantur. potest fieri ut de eo falso utraque praedicentur. Si vero res de qua dicitur non sit omnino. utrasque falsas
esse necesse est. ut si Socrates omnino non est. falsum est eum dicere vel videntem esse vel caecum. Is enim videt aut caecus est
qui vivit atque subsistit. Si vero de quo dicitur non sit omnino. utraque de eo falso dicuntur. In catulis quoque id est.
nam si iam sint editi subsistunt quidem. sed neque caeci. neque videntes. quod nondum adhuc per naturam visum ha
bere potuerunt. Si vero omnino non sint. rursus falsum est. de his utraque praedicari. In affirmatione vero et negatione non ita
est ut ipse pronuntiat. Sed In affirmatione vero et negatione semper vel sit vel non sit. alterum ipsorum verum est. alterum falsum
In affirmatione inquit et negatione sive res subiecta subsistat. sive non sit omnino. semper in una veritas
in alia falsitas invenitur. Non est enim idem dicere aegrotare aliquem quod non esse sanum. Nam etiam si non sit omnino ali
quis. potest de eo quoniam est hoc negatio praedicari. quod enim omnino non est. sanum esse non potest. quod sanum esse non potest non est utique
sanum. Eodem quoque modo et de caecitate et de visu. Neque enim est idem dicere caecum esse aliquem. quod non de
videre. quod et caecus subsistit. Vivitque ut sit caecus. non videre vero et de omnino non subsistente dici potest. quod enim
non subsistit. omnino videre non potest. et quod videre non potest non videt. quocirca in affirmatione et negatione sive sit de quo dicitur.

Nec idem caecum esse quod non videre perspicacissime docet. Nam si aegrotat non subsistit non potest aegrotare. non esse vero sanum non ita est.

siue n sit · una semp uera est · altera falsa · Nam si sit socrates 7 uiuat · si de eo uerum est dicere qm uidet · falsum e

dicere qm n uidet · ex si de eo uerum est dicere qm sanus e · falsum est dicere de eo qm non sanus est · sinegationes uero

sunt · falses affirmationes · S uero res subiecta n subsistat omnino de eo quidem falsa e affirmatio nego semp uera · Nam enim pr

si socrates n e · neq subsistit · si quis dicat socrates uidet · 7 alius dicat socrates n uidet · falsum quidem e

de eo dicere qm uidet · uerum uero qm non uidet · Qui enim omnino n est · uidere n pot · qui dē n pot uidet · Itasuri

mum immutabileq semp manet · in affirmationib; ex negationib; falsam unam · alteram semp ueram implica

tione constitui · Quo circa qm in ceris 7 his que sedm priuatione 7 habitum s · sic e plexione utraq dicunt

de re n subsistente · falsas utraq · sibi quidem in affirmationib; 7 negationib; n sit · oms cetere oppositioes

ab affirmatione 7 negatione dissentiant ·

Constitute s g oppositioes quattuor · vi · differentie · i · Vna quidem contrarior 7 ei q est ad aliquid · ii · Secda

contrarior 7 eor q s sedm habitum 7 priuatione · iii · Tertia relatiuor contrarior 7 ei oppositionis q est

sedm affirmatione 7 negatione · iiii · Quarta uero relatiuor 7 ei q est sedm habitum 7 priuatione · v · Qnta

relatiuor 7 ei que e affirmationis 7 negationis · vi · Sexta priuationis 7 habitus ad negatione 7 affirma

tione · Sed p has oppositionum differentias quidam de ceris · ad multas sufficientias questioes ab a tra

dunt · Contrarium aut e bono quidem ex necessitate malum · hi enim manifestum e ex una quaq induc

tione · Vsq in paucis aut h aliquis uidebit · T In pluribus semp malum bono contrarium e · h loco monstratur

q ome bonum semp malo contrarium e · Non aut oi malo semp bonum · Nam q cuiq fuit bonum · solum illi malum

contrarium e · Malo aut ex bonum pot ee contrarium 7 malum · Sanitati enim que bona e · egritudo q est mala

contraria e · Rursus felicitati que bona e · infelicitas q q ipsa q q mala e contraria e · E st aut inue

nire malum · q duas ht contrarietates boni scilicet 7 alterius mali · Nam ea sint contraria q a se plurimum di

stent · e sit timiditas habitus animi pessim · duas ht contrarietates · Temeritate scilicet 7 fortitu

dine · Nam qui oia timet · 7 e timidus · 7 q nichil timet omnino · In quo e temeritas · distant longe a se 7 discrepant

Quo circa sibi contrarii s · e utraq sint mala · Rursus qm bonum malo contrarium · 7 fortitudo bona e ·

timiditas mala erit · 7 erit fortitudini contraria oppositaq timiditas · Due g contrarietates oppo

nunt timiditati · temeritas 7 fortitudo · h temeritas contraria e · sedm longissima distantia

quantitateq discrepantib; habitib atq contrarii · Timiditas uero fortitudini uidet opposita sedm

qualitate bonitatis atq malitie · qr sufficient e demonstratum bona semp malis ee contraria · ma

la uero et mal · Inductio aut e singulor exemplor collectio 7 ad uniuersale per ea cognitione col

lectioneq reductio · ut si quis dicat q musica nouit musicus e · 7 ab ea denoiet · 7 medic q medi

cina · Rursus q gramatica gramatic · 7 ex his singul reb; colligat uniuersalit · 7 q cuiq aliqua

arte nouit · eide denoiatione signaut · ut a gramatica gramaticus · a medicina medicus ·

7 cetera huiusmoi · quo circa h q supra diximus de ceris · a exemplor planissima inductione fir

mauit · Illud q q addit mala posse mal contraria in paucissimis inueniri · Semp aut mala bonis

ee contraria · Nam 7 in ipsis in q b; mala mal contraria s · in e tam ut et sint bonis contraria ee uideant ·

ut timiditas qm temeritati e contraria · sint et fortitudini contraria · Sed n necee e q cuiq malum bo

no ee contrarium · mox et mali ee contrarium · Vt egritudo sanitati q e bonum contrarium e · Alii uero contraria malo

n e · Recte g dictum e · malum malo contrarium in paucioribus inueniri · Amplius contrariis n est necee

si alterum fuit alterum ee · 7 cetera · Vsq nam cum sit sanum ee socrate · n erit egrotare socrate · T Dictum e

quidam relatiua simul ee natualit · ut cum sit filius pat e · Cum uero sit pat sine filio ee n pot · Quo circa

semp simul s pat 7 filius · h uero in ceris n e · an enim n necee e semp simul ee contraria · Si enim nullus egro

tet · 7 sint oms sani · cum sit sanitas n erit egritudo · 7 una contrarietate manente · alia omnino n erit ·

quia aliquando malo bonum 7 malum malo contrarium e.

Ut si quis dicat de cignis. Et enim omnes cigni sunt albi, in cigno nigredo non erit. Atque haec quidem ita ad uniuersalia refe-
rendum est. Nam si omnia quae sunt alba sint, omnino nigredo non erit. Tractatum autem haec singillatim uidetur esse apertius. Namque duo
contraria in uno eodemque tempore esse non possunt, ut Socratem cum sanus est egrotus non est, et cum sanus est manente sanitate non esse
potuit egritudo. Et non erit necessarium uno contrario posito mox subsequi alterum. Nam si necesse esset uno contrario
constituto mox aliud sequi, posset idem Socrates uno eodemque tempore et sanus esse et eger, quod fieri non potest. Non igitur ne-
cesse est cum sit una contrarietas mox aliam sequi. Quocirca fieri potest ut cum unum contrarium sit, aliud non sit. Idque in sin-
gularibus etiam esse necesse est, ut quod est Socratem esse sanum, non est Socratem egrotare, quod Socratis sanitati est contrarium.
Socrates enim uno eodemque tempore quamquam contrariorum susceptibilis sit quoniam substantia est, tamen uno eodemque tempore contraria utraque
non suscipit. Manifestum est autem quoniam circa idem uel specie uel genere nata sunt fieri contraria et cetera. Usque iustitia uero et in-
iustitia in anima. Docet circa quae semper posita esse contraria. Aut enim circa eas quae aut genere eadem sunt aut specie, ut est corpus quidem
animalis unum secundum genus. Omnium enim animalium unum genus est, et circa haec egritudo ut sanitas inuenitur. Similiter et circa
corpus omne indiscrete uel animalis uel inanimati albedo et nigredo est, quod scilicet omne corpus et ipsum secundum genus est unum.
Unum namque hoc genus est substantia. Iustitia quoque et iniustitia in anima est. Omnis autem anima quae iustitiam iniustitiamque suscipit
rationalis est, id est hominis. Homines hoc est idem sunt secundum speciem. Omnes igitur animae hominis eedem sunt secundum speciem. Iustitia igitur et iniustitia
circa easdem secundum speciem res reperiuntur. Quocirca recte conclusum est omnia contraria aut in eodem genere esse et cetera.
Usque bonum uero et malum non sunt in aliquo genere sed ipsa sunt genera. Monstrat id quod reliquum est, id est ubi possint semper
contraria inuestigari. Omnia enim quae sunt contraria aut sub eodem genere sunt aut sub contrariis generibus aut ipsa sunt genera. Sub
eodem genere sunt contraria ut album et nigrum sub uno sunt genere, id est colore. Color enim albedinis et nigredinis genus est.
Haec igitur sub uno sunt genere. Alia uero contraria in contrariis generibus inueniuntur, ut iustitia et iniustitia. Iustitie enim genus
est bonum, iniustitie uero malum. Malum uero bono contrarium est. Iustitia igitur et iniustitia sub contrariis generibus sunt. Rursus
alia ipsa sunt genera ut bonum et malum. Utraque sunt genera sub se bonorum malorumque positorum. Et non hoc nunc uidetur quod bonitas
et malitia nulli alii generi subdantur; ponuntur enim sub qualitate. Sed particularium bonorum malorum non est aliquod
genus nisi ipsum bonum et malum generaliter. Recte igitur bonum et malum aliorum particularium bonorum malorumque
genera sunt enumerata. Quare rectissime dictum est omnia contraria aut sub eodem esse genere ut album et nigrum sub colore,
aut in contrariis generibus ut iustitia atque iniustitia sub bono et malo, aut ipsa esse genera ut ipsum est bonum
et malum, quae genera iustitie atque iniustitie numerata sunt.

Rursus alterum altero dicitur quadrupliciter et cetera. Postquam de oppositis disputationem quantum ad presens
tempus attinebat explicauit, nunc quae priora dici possunt quae posteriora disserit, et ait primo quidem et proprie, et quae in
usu prius dicimus, hoc est quando aliquam rem alia res tempore precedit et superat, et dum proprie loquimur secundum temporis proces-
sionem aliquid antiquius dicimus, aliud senius. Antiquius quidem in his que inanimata sunt, ut Porphyrio placet. Se-
nius uero in his quae anima non carent. Ut si quis dicat antiquius fuisse bella Thebanorum atque Grecorum Troie excidio,
idcirco quod tempore precedat. Filii namque ducum qui Thebano periere prelio Troie preliis interfuerunt, Diomedes
Tydei filius et Steneleus Capanei. Atque hoc idem ita quoniam est in rebus inanimatis antiquius dicitur, ut cum di-
cimus antiquiorem esse dominationem regum in urbe romana quam consulum et magistratuum. In rebus uero animatis
senius uocamus. Seniorem namque dicimus Pitagoram Socrate, Socratem Aristotele, idcirco quod se temporibus
antecedant. Ergo prius alterum altero dicitur proprie secundum tempus. Prioris autem quattuor fuere distantie, ut ipse a-
dicit cum ait: Prius alterum altero dicitur quadrupliciter. Easque singillatim breuiter enumerat, ad quas ipse addidit
quintam quae priscis philosophis esset incognita. Et quoniam de primo prioris modo dictum est, de secundo dicamus.
Secundo quod non conuertitur secundum subsistendi consequentiam. Secunda inquit significatio prioris est quae non tempore
intelligitur, sed natura, et hoc ait: A qua non conuertitur subsistendi consequentia. Nam si due res sint ita po-
site ut si una sit necesse sit esse aliam, si alia sit non necesse sit esse aliam, illa prior est qua posita ut sit, necesse aliam

esse necesse est. Et hic quidem universaliter dictum est. Planius vero fiet hoc exemplis. Binarius enim numerus et unitas continet
naturam, ut si quis duos esse proponat, unum quoque esse monstravit. Unum enim ipsis duobus concluditur, nec
praeter duas unitates potest esse binarius. Quocirca quisquis binarium numerum posuit, unum quoque esse conse-
quitur. Idcirco quoniam binarius ut sit, indigens est unitate. At vero si quis ponat esse unitatem, non necesse est esse
binarium. Ergo ab unitate subsistendi consequentia non convertitur. Posita vero unitate, necesse non fuit bi-
narii numeri subsequi quantitatem, idcirco quoniam binario non indiget unitas, sicut indigens erat unitate bi-
narius. Quare prior est unitas binario. Quod scriptum est, ex eo quod ita fuit ut ab eo subsistendi consequentia non
convertatur, prius a auctore probabitur, ut in eo quod est homo et animal. Cum dico hominem mox dixi animal. Cum
animal dixero nihil adhuc de homine dictum est. Omnis enim homo animal est, non omne animal homo. Tertio vero secundum quendam or-
dinem prius dicitur, quemadmodum et in disciplinis et in orationibus et cetera. Usque similiter exordium narratione
prius est ordine. Id est Ponit tertiam prioris significationem, ut in geometria priora sunt inquit elementa de-
scriptionibus; elementa vero aut quos terminos appellamus, id est ubi quid punctum sit, quid linea, quid figura praedicetur.
His cognitis et fideliter animo comprehensis, post ea omnes geometricae descriptiones fiunt, quas problemata theoremata nuncupant.
Ergo quoniam prius discuntur elementa, post ad descriptiones est transitus, priora sunt elementa descriptionibus ordine scilicet, quoniam ut
descriptio possit intellegi, prius elementa traduntur. Et in grammatica quoque prius singulae traduntur litterae quam
quae ex his syllabae coniunguntur. Quocirca ipsae quoque ordine priores sunt syllabis. Rhetores vero nonne saepe a nar-
ratione sed ab exordio agere causas incipiunt. Ideo quoniam exordia narrationibus priora sunt ordine. Et est tertius mo-
dus prioris iste est, quod secundum nexum cuiusdam ordinis in qualibet arte est constitutum. Amplius praeter haec omnia quod
melius et honorabilius est, prius natura esse videtur. Id est Dicit prius videri quod neque secundum tempus neque secundum subsi-
stendi consequentiam nec secundum ordinem sit, sed quaecumque pretiosius fiunt prius esse videatur, ut sol luna prior est
et anima corpore. Et animal anima. Hi vero tali argumento probat quod hi per aliquos venerantur et honoratiores existimat
dicit se eos esse priores. Et hi qui in rebus publicis plurimum possunt priores dicuntur ab his qui eos maxime vene-
rantur. Sed ut ipse ait alienissimus modus est a significatione prioris. Quartus hic quem diximus est modus, et enim debiis
melius dici potest ut dicantur honorabiliores et venerabiliores, ut vero priores dicantur abusio potius quam ulla proprietas est.
Quintus modus quem ipse addidit huiusmodi est. Id est Videtur autem praeter eos qui dicti sunt alter esse prioris modus. Eorum enim quae con-
vertuntur secundum essentiae consequentiam quod alterius alterum quomodolibet causa est digne prius natura dicitur. Id est Nonnullas
quasdam res in praedicatione posse converti quod si una earum quae convertuntur alteri causa est et veluti naturalem subsi-
stentiam subministrat, illa naturaliter prius esse perhibetur. Ipse autem quod proposuit aptissimo firmavit exemplo.
Nam si est aliqua res verum est de eadem dicere quoniam est. Rursus si idem verum est dicere quoniam est, illam ipsam rem esse necesse est, ut
quoniam est homo, verum est dicere quoniam est homo. Quod si verum est dicere quoniam est homo, nulla est dubitatio quin homo sit. Ergo quoniam duo haec
sibimet convertuntur, respiciamus nunc quae sit harum causa alteri ut subsistere valeat atque non esse possit. Video autem
rem dicto vero subsistendi dare principium, quoniam ab homine est idcirco verum est dicere de eo quoniam est, sed non idcirco homo est quoniam de eo
vere dici potest quoniam est. Res enim ut veritas adsit dicto principium est, sed non ut res subsistat animo efficit dicto.
Quocirca prius est esse hominem praeterquam verum de eo esse dictum. Idcirco quoniam quamvis convertantur tamen una harum rerum
alteri subsistendi causa est. Atenim id prius inter quae convertuntur secundum essentiae consequentiam, quod alterius quo-
modolibet causa sit, ut in hoc ipso sermone et homine convertuntur quidem utraque, sed homo ut sit sermo verus causa est
atque principium. Quod a ita ait. Id est Est autem verus sermo nullo modo causa subsistendi rei. Res autem videtur
quodammodo causa esse ut sermo verus sit. Id est Neque enim idcirco res est quoniam sermo est, sed idcirco verus est sermo quoniam res
ipsa subsistit. Quocirca V. hi prioris modi, quorum superius IIII dixit. Secundum tempus scilicet, secundum id quod non conver-
titur ad subsistendi consequentiam, secundum ordinem, secundum reverentiam, secundum conversionem cum altera res
alii subsistendi causa est. Sed et quoniam de priore dictum est, nunc dehinc quae simul sunt sequitur.

Simul autem dicuntur simpliciter et proprie quorum generatio in eodem tempore est. [T] Cum de prioribus disputaret illa priora esse con-
tendebat quae secundum tempus praecedentis temporis dicerentur. Quare cum his quae simul sunt disputat idem revocat et recte. Nam si maxi-
mum modum prioris solum efficiat tempus, cur non quoque simul edita naturam temporis efficiet. Atque ideo et simpliciter et proprie
dici simul esse ea quae unius temporis prolata sunt, ut si illa sunt priora atque antiquiora quaecumque non aequali sed praecedenti tempore
proferuntur, quae se temporibus non praecedunt rectissime simul esse ponuntur. Cum enim uno tempore addita atque prolata sunt, illa
secundum tempus simul esse dicuntur, id est simul natale principium substantiamque sortita, atque haec quidem secundum tempus simul esse dicuntur. Secundum
naturam vero simul esse perhibentur quaecumque invicem ad se convertuntur cum altera res alteri subsistendi neque causa
sit neque principium, ut sunt huiusmodi duplum et medium. Nam cum sit duplum, medium est, cum rursus medium, du-
plum est. Servus quoque et dominus eodem modo sunt, filius quoque et pater. Haec enim quaecumque illata quidem inferunt alia, sublata vero auferunt,
simul sibimet semper invicem convertuntur. Nam si dicam patrem, filium quoque intellegi necesse est. Si dixero filium, pater
mox sub intellegentiam cadit. Quod si alterum substulero, utrumque perimo. Nam si tollam filium, pater non est. Si patrem abstu-
lero, filium quoque perire necesse est. Atque haec ita sibimetipsa convertuntur, ut tamen altera res alteri causa penitus non sit.
Nam quoniam pater filio in praedicatione convertitur manifestum est. Sed neque pater filio causa est ut sit, neque filius patri.
Haec autem huiusmodi est. Si Aeneas habuit Ascanium filium, non dubium dicimus quoniam non fuit Aeneas causa ut esset Ascanius. Sed non
fuit pater causa ut esset filius. Nam quod dico Ascanius, quaedam propria substantia est, quod dico filius esse non potest nisi ad aliud refe-
ratur. Igitur causa fuit Aeneas ut esset Ascanius. Etenim Aeneam nomino substantiam dixi. Si patrem appello, nul-
la ratione constet nisi ad filium referatur. Igitur causa fuit Aeneas ut esset Ascanius, sed non causa pater ut esset
filius. Pater namque tunc fit cum filius fuerit, quod sibi tempore ipso prioratus non est. Causa autem cuilibet rei prior est quam illa
cuius causa est oriatur. Nulla dubitatio est quoniam pater atque filius, quorum utraeque praedicationes aequales sunt tempore, neutra neutri
causa sit, cum tamen substantiae ipse sibi ut sint causa sunt, praedicationis vero nullo modo. Neque enim simile debet videri id
quod paulo ante dictum est de homine esse verum de eo sermone qui est. Illic enim cum res esset, tunc poterat esse verus de ea sermo.
Prius enim est ut sit aliquid, posterius vero ut de eo verum aliquid esse dicatur. Hic enim vero non ita est ut prius aliquid sit pater posterius filius. Mox
enim ut pater est, filium esse necesse est. Mox ut est filius, patris sine dubio praedicatio consequitur. Quem modum quis scilicet
secundum naturam esse ita pronuntiat. Naturaliter simul sunt quaecumque convertuntur quidem secundum subsistendi esse consequen-
tiam, si nullo modo alterum alteri subsistendi causa est. In his quae ita priora dicebant, ut convertentur, quoniam secundum
essentiam eorum consequentia esset, tamen in his altera res alii causa atque principium erat, quod una prior esse videretur
eo quod causa esset alterius. Hic distat quod haec ab his quae convertuntur et se invicem auferunt. Cum neutrum neutri
causa sit et tamen convertuntur, digne simul naturaliter esse perhibentur. [T] Et ea quae ex eodem genere in contrarium
dividuntur simul nata esse videntur. [T] Tertium modum posterius hic addidit, illa quoque simul esse quae aequali divi-
sione sub genere ponantur, ut si ponat quis animal genus hominis et equi, hominem vero et equum a genere, id est ab animali dividit.
Homo et equus quoniam sub eodem genere sunt, simul esse nata dicuntur, et conveniens regula est. In omnibus quibuscumque
generibus cum specierum divisiones fiunt, illae species inter se coaequaevae sunt et sub his speciebus quaedam alia ponantur et
ipsa inter se simul nata esse dicuntur. Dividatur enim genus, id est animal, in volatile atque gressibile et quoniam
sub eodem genere simul nata sunt. Ut si quid horum in subiectas res speciesque solvatur, ut volatile quidem in his avibus
quae seminibus vescuntur et in his quae carnibus et in his quae herbis, hae tres species rursus quae sub vo-
latili sunt simul naturaliter appellantur. Quare ita dixit [T] Dividitur namque et unumquodque eorum in species iterum
secundum eandem divisionem. Et addidit et erunt illa simul nata quaecumque ex eodem ipso genere secundum eandem
divisionem sunt, atque idcirco fieri non potest ut genus habeat unam speciem. Nam quaecumque sub genere sunt simul sunt.
Simul autem in plura esse non possunt. Genus sub se unam speciem habere non potest. Si enim una fuerit, fieri non potest
ut simul esse dicantur, quia illud est quod sub eodem genere res quaedam solent quae similiter sunt naturaliter inve-
niri. Sed haec de speciebus. Genera autem semper prioratus non et convertuntur secundum substantiae consequentiam. prioris

unus modus est secundum quem illa priora esse dicentur · quaecumque ad subsistendi nullo modo convertuntur · quod hic
id in generibus cadit · Genera enim non convertuntur ad subsistentiae consequentiam hoc modo · Sit enim animal genus ·
homo vero species · cum vero dico hominem esse · animal quoque esse consequitur · Si animal dixero ad hominem subsistentiae consequen-
tia non convertitur · potest enim esse animal · non tamen homo · Quocirca ab animali ad hominem non convertitur subsisten-
tiae consequentia · quod posito homine animal constat · animali vero nominato non est necesse hominem esse · Illa quoque priorum
descriptio est · eaque si priora sublata quidem auferunt · Illata tamen inferunt · animal sublatum secum quoque hominem tollet ·
illatum vero ut dicatur esse animal · non secum statim hominem infert · Posteriora vero e diverso · Illata enim simul infe-
runt · sublata non auferunt · dicitur quidem homo simul secum animal infert · Itaque omnis homo animal est · quod si homo sublatus
auferatur · non necesse est animal quoque auferri · quod enim nomen animalis in pluribus speciebus valet aptari · quae cum ita sint
contingit ut sublato hominis nomine permanebit animal · Quocirca concludit tres esse species eorum (simul sunt) quae secundum tempus ·
secundum naturam · cum utraque ita convertuntur (ut ne-) utra neutri causa sit · Tertium genus est · secundum eandem sub genere
divisionem ·

Quoniam in faciendo atque patiendo inerat quidam motus · facere autem et pati praedicamentis adiunxit · idcirco nunc de
motibus tractat · et sex motus esse pronuntiat · Motus vero sunt species sex · generatio · corruptio · crementum · diminutio ·
commutatio · secundum locum mutatio · In physicis autem motus species alia ratione partitus est · ait enim aliud esse permutatio-
nem · aliud motum · et permutationis quidem duas esse species ait · generationem et corruptionem · motus vero · iii · secundum quanti-
tatem · secundum qualitatem · secundum locum · Hic ergo quoniam liber ad introductionem quodammodo factus est noluit nimis
divisionis attenuare rationem · ne ingredientium animos subtiliori divisione confunderet · facit igitur divisio-
nem motus hoc modo · Est enim una species motus secundum substantiam · alia secundum quantitatem · alia secundum qualitatem · alia secundum
locum · et secundum substantiam quidem est generatio et corruptio · Hae enim utraque in substantia fiunt · [illegible] secundum substantiam generatur aliud
et secundum substantiam corrumpitur · Secundum quantitatem ut crementum et diminutio · Et enim vel quantitate adaucta cre-
visse vel (ducta) diminuta esse dicitur · Secundum qualitatem vero quae dicitur commutatio secundum aliquas scilicet passiones · quas
qualitates esse manifestum est · Secundum locum vero ut est vitis in longitudinem vel in curvam naturam inflexus · et vitis
quidem in longitudinem est · ut a sursum in deorsum · a prioribus retrorsum · a dextra sinistrorsum · et rursus si sibi
convertas idem motus erit · Illud quoque notum est has esse omnes species motus · nulloque sibi participant nisi solo
generis nomine quod motus dicitur · Nam neque generatio idem est quod corruptio · Namque generatio est in substantia ingressus · corruptio
vero e substantia egressus · nec diminutio idem est quod crementum · nec secundum locum translatio alicui superiorum consimilis est ·
Commutatio autem habet forte aliquam dubitationem quod non videatur a superioribus discrepare · quam quaestionem ita pro-
posuit · in commutatione vero est aliqua dubitatio · ne forte necesse sit quod secundum aliquem reliquorum motuum commu-
tari · Nam si omne quod commutatur · aut generatur · aut corrumpitur · aut minuitur · aut crescit · aut id secundum locum transferri
necesse est · dubium non est in superioribus ceteris hanc differre secundum speciem · quae secundum commutationem dicitur · Sed quoniam quod mu-
tatur non omnino neque generatur neque corrumpitur · ut quod in sole diutius stetit · si ex candido niger est factus · commutatur
quidem secundum colorem dicitur · non tamen generatum est · aut corruptum · Nec vero illi aliquid vel crementum factum est · vel diminutio · Sed nec
loci translatio est ulla · Potest enim aliquis uno eodem loco consistens aliquibus extrinsecus venientibus passionibus
permutari · Potest quoque et crescere et decrescere praeter qualitatis commutationem · quod ipse Aristoteles ita pronuntiat · Sed sunt
quaedam quae crescunt et non commutantur · ut quadratum circumposito gnomone crescit quidem quadratum · non tamen
commutatur · Idemque quod sublato gnomone diminuitur · sed non commutatur · Sit enim quadratum · a · b · c · d · et ducatur ei angulus
b · c · et dividant quattuor latera · a · c · a · b · d · d · c · In aequalia · g · e · h · f · cum punctis · et ducantur · g · h · f · e ·
lineae · Divisum igitur quadratum · a · d · in quattuor quadratis quae sunt · e · g · f · g · e · h · h · f · quorumlibet tres
quae circa eandem angulare sunt sidemant · figura ipsa gnomo vocatur · ut si quis tollat tres hos · e · g · g ·
f · f · h · invenitur · o · m · n · gnomo · quod · m · n · gnomo separatur ablatus · a · b · e · h · quadrato · tot · a · d · quadratum

imminutus est quod ex tam magno factus parvius, non tamen in formam tetragoni est mutatum. Quod si est b tetragonus solus sit et ei circumponatur gnomo qui est m n, crevit quidem tetragonum et maior factus est, sed non commutatus est. Omnes enim tetragoni sibi sunt propria qualitate similes. Quod si commutatio huiusmodi motus esset ut non omnino a superioribus separata esset, nulla esset dubitatio quin semper oporteret quaecumque commutatur secundum aliquem priorum motuum modumque commutari. Ita ut nasceretur aut corrumperetur aut minueretur aut cresceret aut secundum locum fieret aliqua permutatio. Quod quoniam non est ab omnibus superioribus motibus, hic motus specie distat. Sed monstratum est superius superiores motus specie a se omni subiectae ratione discrepare. Quocirca distant a se similiter hi vi motus atque divisi sunt. Simpliciter autem motui quies contrarium est. Nunc iam motuum contrarietates exsequitur. Et ipsi quidem generi, id est motui, dicit quietem esse contrariam. Habet enim motus quietem contrariam. Singulis vero speciebus motuum motus sibi ipsi contrarii sunt, ut generationi corruptio. Et cum generatio sit motus atque corruptio, utraque tamen sibimet contrariae. Incremento diminutio contraria est. Quare diverso modo hae species motus hanc contrarietatem habent quam generi dudum habere monstravimus. Motus enim ipse habet quietem contrariam. Specierum vero motibus non quies sed alii motus contrarii sunt, ut generationi corruptio et incremento diminutio. Secundum locum vero translationis contrarietas similis est generi. Nam et ipsa habet contrariam secundum locum quietem. Contrarium namque est moveri de loco in locum et non moveri, et est non moveri secundum locum quies. Motui vero secundum locum translatio. Maxime autem inquit secundum locum quieti contraria est in contrarium locum factus dicitur motus atque hic quidem in aliis [motibus] licet videre. Sed ad dubitat si reliquo motui, id est mutationi, aliquid possit esse contrarium, quam quaestionem ita proponit. Reliquorum vero de his quae assignatae sunt motuum non facile est assignare quid sit contrarium. Videtur autem neque esse aliquid his contrarium nisi si quis opponat secundum qualitatem quietem translationi contrarium ex similitudine motuum contrarietates [quoque] colligimus. Nam quoniam superioris motus esse contrarium repperit secundum locum quietem, quoniam omnis commutatio quae secundum aliquam passionem fit secundum qualitatem commutatur, motus ei contrarietatem posuit secundum qualitatem, ut si lapis qui frigidus est, si ita permaneat qualitas illa, mansit et in validis quiescunt. Quod si tepeat, qualitas illa commutata est et illa commutatio quae facta idem motus est in tempore lapidis secundum qualitatem. Fuit autem in frigore quies secundum eam qualitatem. Quocirca videtur hic motus quidem contrarium non habere, et tamen sicut superius dictum est, secundum locum translationis contrarium esse non secundum locum quietem, cur non quoque secundum qualitatem commutationis dicatur quies esse contraria. Diffinitio namque commutationis translatio est secundum qualitatem. Cum enim qualitas cuiuslibet rei movetur fit translatio scilicet secundum qualitatem. Quod si illud maxime videatur secundum locum quieti contrarium non solum secundum locum translatio sed etiam in contrarium locum translatio maxime, secundum qualitatem quoque quieti non erit contrarietas translatio, sed maxime in contrariam qualitatem commutatio, ut si quid cum est album sive rubeum fiat, quieti quidem ei quae in albo colore poterat permanere contraria fuit qualitatis ipsa mutatio, ut ex albo in rubeum mutaretur. Si quid enim ex albo vertatur in nigrum, illud maxime permutatur et illud superiori quieti contrarium est quoniam permutatum est in contrariam qualitatem, atque hoc est quod ait: quare opponitur ei secundum qualitatem quies vel in contrarium qualitatis translatio. Id quoque aptissime vulgatur exemplo. Quare quoniam de motibus expeditum est, habendi equivocationem quae sequitur explicemus.

Habere secundum plures dicitur modos. Usque quae autem solent dici omnes pene enumerati sunt. Equivocum esse habendi praedicamentum manifestum est. Habere enim ita multis dicitur modis ut tamen equivoce predicetur. Dicimur enim habere aliquam qualitatem ut habitum vel dispositionem. Dicimur quoque habere scientiam vel virtutem. Quantitatem quoque habere perhibemur. Dicimur enim habere mensura v vel iiii pedes. Nec non etiam in ipsis partibus corporis habere aliquid et ipsas partes habere predicamur. Dicimur enim et habere digitos et in digito anulos. Circa corpus quoque aliquid habere in dicitur ut tunicam vel quamlibet aliud vestimentum. Nec non et in vase habere aliquid dicimus, ut triticum in modio est et vinum in dolio. Haec scilicet ita haberi dicuntur ut in vase.

permutatio usque rei ... sit atque ibi manendo sit quies postea sit ei motus ... vel ... ipse motus ... multo magis ... motus ... illi ... et talibus ... ad dextram sic a sinistra motus sit ... ...

11

habentem

dr̄ et qs habe uxorē. q̄ scilicet significatio nulla suprадictorum cois ē. sz ut ipsi aristotili videtur longe diusa ē. hec significatio habendi pdicamento. Non enim pe habem uxores. sz q. habe qs dr̄ uxorē. hi significat habitare cū eo uxorē. habe enim habitare dicimus. ut ē socratis. i. habitant atque colunt. qr si ipse qq. a. inqt ēē aliquos fortasse qdicant habendi modos. ortatq; nos adultiorē aliquā inqsitionē uti nosq; queram quos pret priores dictos modos alios possit habe. pdicari 7 de hac equivocatione qde habendi sufficient dictū ē. Sed fortasse qs dubitet cur cū habe supi ingne numeravit. Ne qd ipsū quocū ponat. sz h. qstio solut. cū supius qdē ei speciez exēpla p posuit. ut ē calciatū ēē. t armatū. hoz enim talium gnis ē. q si 7 ht aliquas pprias spes habendi pdicatio. Dr̄ aūt 7 ipsū nom multiplicē. pnebile ē enim congruū ingne nūari. Suffic̄ enim addemonstrandū gnis ēē habendi pdicationē. q sub se aliquas partes spesq; continet. Explicit.

explicit explicit

[illegible]

Questio [illegible]

[illegible]

[illegible]

lo

pm

queda

ēmutat

b. e. 7 dividan

linee. Divisus g

geiracaende ang

f. f. h. invenit

[illegible]

arnoun [illegible]

18 ff. 11 f.

H2098

BOETHII
COMMENTARI
SUPER
PORPHIRIUS

M. S

PERGAMENA